Expositio Ugonis Senensis super libros Tegni Galeni.

¶ Incipit Expositio Clarissimi viri Ugonis Senensis super libros Tegni Galeni.

Etsi videam Illustrissime Princeps Nicolae Estensis Marchio librū q intitulatur Microtegni Galeni multorū expositorū laborib⁹ elucubratū: qui sūmo ingenio: lōgis vigilijs: magna indagationis cōtentione: ad summā vsq3 subtilitatem disputatio nūq3 difficultatē ei⁹ materiā3 conati sunt eleuare. Tñ vt tue r Magnifici viri amiciq3 tui Ugutiōis erga me bñficientie nō videar oblitus: ad tui nois ac singularū virtutū tuarū futurā memoriā. Si qd meus labor afferre poterit: ppositi dicti libri expōnē aggredi: confisus altissimi cōditoris oium auxilio ad finē vsq3 psequi posse. Eoq3 maxie in eo intentionē adhibui q nūc in almo studio patrie in ciuitate tua Parme cōdito ad illi⁹ lecturā deputatus sum. ¶ Sz anteq3 ad expōnē dictorū Galeni descendam inuocabo diuinū auxiliū. Est eniz laudāda pfecto Platonica consuetudo diuina opera Deo inuocato duce nō secum incipe. Huī⁹ ḡ cū flecto genua ad patrē dñi nrī Jesu Christi orās vt cū sua laude p: deinde cū fructu legentiū mihi cōcedat breuiter r lucide veritatez dictorū Galeni in hoc volumine planā facere. ¶ Sed cū sciētie r artes rōnabiliter r cōplete constituāt partes quasdā habeant sub cōmunibus rationibus de suis scibilibus cōsiderātes. Alias vero sub pprijs vsq3 ad specialissima: Galenus in medicina cōposuit hunc librū: vt sub generalibus ūñ rationibus oia medicine scibilia cognoscerent in eo: r hoc modo vere dicit Hali. phemio sui cōmētī: in eo oēs regulas medicine cōtineri: nō q senserit q omnis specialis regula in ppria forma sit hic posita. nam tūc reliqui libri medicine superfluerēt. Ex quo intelligit pmo hunc librum esse pmū via doctrine: nam a cōmunioribus est inchoandā. pmo physicorū. tex. r cōmēto. 4°. ¶ Secūdo intelligit intētio libri. nam cū medicina sit de corpore humano sanabili r egrotabili operabili a medico: r reliquis habētibus attributionē: ad hoc in illo libro intentio est de eisdē sub generalib⁹ tñ rōnibus scientiā tradere. ¶ Tertio pz vtilitas. naz sine his que hic traduntur sciētia medicine penitus haberi nō pōt cum reliqua psupponāt ista. Est etiaz alia vtilitas ex eius breuitate r ordine vt facile omniuz medicine scibiliū recordemur. ¶ Quarto patet pportio hui⁹ libri ad alios oēs simul. nā est sicut incompletum r imperfectum respectu perfecti. Et ideo recte dixit Hali. comparari ad artem totam: sicut puer ad virum. ¶ Quinto patet quare nominat Microtegni. nā Tegni apud grecos idē est qd: ars apd nos: r Micro. i. paruū Microtegni ergo. i. parua: ars: quia enim vniuersalia sunt pauca respectu particularium: ideo hic liber est paruus: r quia omnia scibilia medicine in isto considerantur quodāmodo. ideo dicit ars r nō nominat pars artis: qd dictū: lz sit impropriū tamē propter dictam causam sumpsit originē. ¶ Nomē aūt auctoris est Galenus de ciuitate Pergami i Asia oliz antiquorū in medicina peritissimus. ¶ Diuisio vero videbitur in phemio. Et via doctrine qua vtet in eodē phemio a Galeno ipso declarabit. r sic patet octo illa que in principijs librorū dixit Cōmētator Auerrois phemio physicorū esse narrāda ab expositoribus: in quibus sunt libri cause que ab alijs per se numerari solent. ¶ Cui vero parti phie supponetur. puto q naturali phie nō obstāte q sm partes sit practica. Nam r subm eius. s. corp⁹ humanū sanabile rc. est sub subiecto naturalis phie: r pncipia pbationū ei⁹ ex nāli phia supponunt. Ūñ in de sensu r sensato dicit. phi ē de sanitate r infirmitate pma inuenire pncipia: nec etiaz sanitatē nec infirmitatem possibile est fieri carentib⁹ vita. ergo sequitur q physicorū plurimi r medicorū qui magis physice artez psequunt: hi quidem finiunt ad ea que de medicina: hi vero ex his que de natura incipiunt de medicina. Et hoc plane sentit Cōciliator annexo scdo differentie tertie. His ergo preambulis breuissime expeditis descendo ad litteram exponendo. I.

Tres sunt omnes doctrine: que ordine habentur.

¶ Iste liber diuidit in duas partes. s. phemiū r tractatuz. ibi scda [Medicina est.] phemiuz diuiditur in tres. Primo ponit numerū doctrinarū ordinariarū. scdo declarat. tertio eligit modū quo intēdit vti. ibi 2° [Pria qd.] 3° ibi [Hic vo.] De pma dicit q omnes doctrine ordiarie vel habite sm ordinē sunt tres: r est sensus q oluz doctrinarū ordiariarū modi pcedēdi sunt tres in genere. posuit ergo numerū in doctrinis pro numero modorū pcedēdi. ¶ Cōsiderādum ergo pmo q hoc nomen doctrina: qnq3 sumit p hitu certo quē acqsiuit discipulus a doctore: qñq3 sumit p actione doctoris que est manifestatio incogniti in discipulo a magistro: illo modo est idez qd doctio vel doctrinatio. Ista aūt actio cū sit idē realr cū passione discipuli realr est id qd disciplinatio. Attendēdū tñ cū multe sint doctoris operationes deseruiētes: ad hoc vt discipulus cognoscat incognitū: sicut ei⁹ pmeditatio platio r ogationes plationi deseruientes r scriptura vel natura: nulla tñ istarū est doctrina vel doctrinatio: nisi ista q est formaliter pductio vel factio certe notitie in discipulo a doctore: r ista nō est aliud realr: vt puto q certa notitia in discipulo pro quāto est in acqri: r eadē est disciplinatio. ¶ Ex quo pz q platio magistri: r scriptura nō sunt doctrine: lz oppositū senserit Hali. cōmēto pmo. ¶ Sumit 3° doctrina p habitu magistri per quā cognoscit certe verū qd docere apt⁹ est. In pposito doctrine sumit scdo mō. ¶ Et si qrat quomō a magistro fiat scia vel certa cognitio in discipulo: dicit q quorūdā sufficit certa intellectio: magister ergo faciēs itelligere signis facit discipulū certe credere: sicut videt homini qui nunq3 pus cogitauit in h pncipio: si ab equalib⁹ equalia demas remanētia sunt equalia. ille qui faceret eum hoc intelligere faceret hoc idez pncipiū esse certum. nā in istis pncipijs assentim⁹ cognitio terminis: vt sumit p posteriorū rc. ¶ Quedā aūt sunt q nō sic statiz credunt itellectis terminis: imo demōstratione vel alio pcedēte discursu idigēt. Ista ḡ nō manifestant nisi p pcognita. vt sumit p posteriorū. r nō p oia pcognita sed p pria ei rc. r ista pcognita nō sufficiūt: nisi eo mō ordinent q habeāt pprietatē r virtutē illud incognitū manifestādi. nā cognitio pncipiorū geometrie nō sufficit ad sciēdū primā cōnē: nisi eo mō ordinent quo sint sufficiētia ad ipsam inferendā. ¶ Cū ḡ itellect⁹ habuerit maiorē r minorē p se notas alicui⁹ sylli pfecti: sicut sūt qtuor pmi modi pme figure statiz cū debite ordiant mouet sic itellect⁹ nāliter ad sciēdū vel ad credēdū cōnē. Doctor igit faciēs discipulū hre pmissas p se notas: r faciēdo eū ordiare hre est causa certitudinis cōclusionis pus dubie: r talis ordinatio intētionū est imediata causa scie vel notitie apud itellectū discipuli. ¶ Ex quo pz hāc ordinationē que est rō sine argumētū de re dubia faciēs fidē qātū ad acqsitionē scie pprie dicte nō esse doctrinā mō pposito: sed causaz ime-

diat̃ doctrine: sicut pductio luminis in medio calefaciẽtis ipsũ: nõ est calefactio: licet causa eius: cuius oppositum dixit Monachus cõmẽto p̊. ¶ Nota z° q̃ licet hoc nomẽ scia di‑cat̃ de oĩ credulitate firma sine hesitatiõe: tñ qñqз sumit̃ strictiº p firma credulitate necessarij: z qñqз sumit̃ stri‑ctissime p firma credulitate necessarij demõstrabilis acq̃sita p demr̃ationẽ. ¶ Doctrina ḡ que est doctrinatio non sumit̃ hic p acq̃sitiõe scie mõ p̊. nã talis credulitas plu‑ribꝰ modis ordiate acq̃rit̃: nec sumit̃ hic doctrina p acq̃si‑tione scie mõ zº tñ. nã tũc diffinitiua nõ esset doctrina: su‑mit̃ ḡ p acq̃sitione scie mõ zº quo multotiẽs cognitionẽ pncipioꝝ demr̃ationis acq̃rimꝰ: voluit ḡ Gal. q̃ tribꝰ mo‑dis ordinarijs tñ acq̃rimꝰ a doctore notitiã certã rei ne‑cessarie sub ratione necessarij. ¶ Tertio nota ordinẽ esse debitã cõsequentiã z antecedentiã inter p̃us z posterius: z quot modis cõtingit aliqd alio dici p̃us: tot modis dr̃ or‑do. qr̃ ḡ aliqd dr̃ alio p̃us ẽm situ: vel ẽm qñdã ordinez: a quo tñ nõ depẽdet posteriꝰ: iõ nõ ois ordo est dpẽdẽtia debita: cuiꝰ tñ oppositũ: vr̃ dicere Monachus cõmento p̊. z Cõcilia. drĩa. 8. z plures sequẽtes. ¶ Nota 4° q̃ in do‑ctrinã ordo aut est aliquoꝝ essentialr̃ ordinatoꝝ: aut acci‑dẽtalr̃: z nos hic nõ itelligimus de ordine: nisi habendum essentialẽ habitũ ad inuicẽ: aut in causando: sicut cause ad effectũ: aut in notificãdo essentialr̃: sicut diffõ ad diffini‑tũ. cũ ḡ dicimus modos pcedẽdi ẽm ordinẽ esse tres itel‑ligimus de essentiali ordine. ¶ His notatis cõmẽto Gal. sic pbat̃. omne qd̃ notificat̃ mõ dicto aut est demonstra‑bile: aut nõ. Si est demonstrabile nõ notificat̃ mõ dicto: nisi per demonstrationẽ: vt sumit̃ p̊ posterioꝝ. scire. n. ea quoꝝ est demonstratio: nõ est nisi p demõstrationez: z qr̃ ois demõstratio aut est p cãm: aut p effectũ: iõ doctrina q̃ est manifestatio demr̃abilis nõ fiet nisi alio duoꝝ modo‑rũ. s. resoluẽdo vel cõponẽdo. Si vo id qd̃ notificat̃ non fuerit demõstrabile: z debeat notificari: p3 q̃ notificet̃ p notificationẽ cognitiõis terminoꝝ: z in tali manifestatio‑ne: si fuerit ordo essentialis nõ erit nisi diffinitiuꝰ modus vel aggregatus ex pluribꝰ diffinitiuis. vbi grã. hec ppositio angulus planus est alternus cõtactus duoꝝ lineaꝝ: q̃‑rũ expãsio est sup supficiẽ applicatione nõ directa: si non fuerit cognita: hoc est qr̃ terminos ignoramus: scibile ḡ reddẽdo diffõnẽ eoꝝ: z eã explanãdo notificabit̃ dicta ppositio: z si vnũ tñ ignoratum fuerit erit vnus diffinitiuus pces‑sus: si vo plures: plures diffinitiui pcessus dicent̃. ¶ Ex q̃ p3 doctrinã dici ordinariã respectu vnius determinati sci‑bilis vt respectu vnius cõclusionis vel ppositionis.

Sed restant adhuc duo dubia. p̊mũ qm̃ Auerro. p̊ physicoꝝ. cõmẽto p̊. dicit tñ vnũ mo‑dũ doctrie ordiate: dicit. n. z innuit p hoc qd̃ dixit q̃ doctri‑na ordinata est icipe a cognitiõe causaꝝ p̊maꝝ rei cogno‑scende pfecte: deide itẽdere ad cognitionẽ aliaꝝ causaꝝ remotaꝝ ẽm ordinẽ: donec pueniamꝰ ad causas ppinquas: hic dr̃ a Cõciliatore drĩa. 8. q̃ Auer. loquit̃ ibi de doctri‑na p antonomasiam ordiaria q̃ est pp qd. Sz adhuc sũt alie doctrine ordinarie minꝰ pncipalr̃: sicut doctrina q̃ ẽ diffinitiua de qbꝰ hic loq̃t̃ Gal. ¶ Sz h̃ nõ vr̃ verũ cum ibi loquat̃ de mõ pcedẽdi in p̃hia nãli in q̃ plurime cãe tã p̊me q̃ ppinque demr̃atione qr̃ cognoscunt̃. vt sumit̃ cõmẽto z°. ¶ Dicẽdũ ḡ alr̃ q̃ in doctrinis qñqз ↄsidera‑mus ordinẽ pticularẽ q̃ tenet̃ in vnica ↄne: vel pncipio co‑gnoscẽdo: z h̃ mõ tres sũt ordiarij modi vt dicit̃: qñqз vo ↄsideramus ordinẽ gnãlẽ qui est in ea p hoc q̃ aliqd po‑nit̃ p̃us z cognoscit̃ ẽm q̃ p̃us dз poni: z aliud posteriꝰ: ita q̃ nihil in ea pponat̃: nisi ppnẽdũ: z ecõtra: z quo ad hũc ordinẽ nõ semp pcedimꝰ demõstratione qr̃: vel solũ pro‑pter qd. vel solũ diffinitiue: imo in vna cõpleta scia vniꝰ generis: sicut p̃hia z medicina est ipossibile vnico tali or‑

dine pcedẽre. Sed opз ante cõplemẽtũ oĩbus tribus mo‑dis vti: qr̃ in cognitiõe causaꝝ vtimur demõstratione qr̃. z in cognitione scientifica effectuũ vtimur demõstratione ppter qd. ẽz omnẽ opinionẽ: z quia vterqз istoꝝ pcessuũ est necessarie: z multaꝝ diffinitionũ explanatio: ideo ipos‑sibile est aliquã totã sciam de rebus naturalibus esse vni‑co istoꝝ modoꝝ ordinariam ordine vniuersali. ordo ergo vniuersalis dictus ẽm mentẽ Cõciliatoris seruat̃ cũ in‑cipimus a cognitione p̊maꝝ causarũ: deinde aliarũ remo‑tarũ quousqз veniamus ad imediatas: nõ q̃ p̊mũ cogni‑tum in scia sit causa remota: imo illa notificatur per effe‑ctũ: sed p̊mũ demõstratũ est esse cause remote: deinde ve‑nimur esse cause minus remote: quousqз veniamꝰ ad cau‑sas ppinquas: z ille est vnus modus tñ: qui in totali scia cõsiderat: per quẽ dr̃ ordinaria de q̃ modo nihil ad p̃sens Gal. ¶ Et ex hoc patet q̃ Cõciliator differẽtia. 8. z illi q̃ in hoc sequunt̃ eum minus bene dixerunt volunt Gale. intelligere q̃ tres sunt doctrine ordinarie generali z essen‑tiali ordine. nam vt dicit̃: impossibile est aliquã totã sciẽ‑tiam naturalem cõpletam de vno genere physico esse tñ sub vno ordie istoꝝ: z hoc videt̃ vere sentire Monachus cõmẽto z° cõtra expositionẽ Hali. z hic considera ppter Conciliatorez z Marsilium z sequentes.

Secunda dubitatio Quia vr̃ mõ dicto oẽm doctrinam esse ordina‑riam: z sic superflue apponi ly ordine habent̃. nam vt di‑cit̃ supra. nõ ptigit nisi aliquo istoꝝ triũ modoꝝ notifica‑ri necessariũ incognitũ. Hic rñdet Monachus cõmento p̊mo. cõcedendo omnẽ doctrinã esse ordinariã: sed ordina‑ria vel ordine habent̃ apponit̃ ad maiorẽ expositionem q̃ ordo semper est in doctrina: sicut dicimus spondilea dorsi vel holes mundi: licz nõ repetant̃ alibi. ¶ Uel secũdo iux‑ta dicta supra dicit̃ q̃ pncipioꝝ per se notoꝝ est doctrina que nõ fit per ordinem inter notificans: qr̃ ibi fit p̃ns do‑ctrine: z notificantur: quia p̊mo p se cognoscunt̃ terminos ipsum statim: sicut pponit̃ intelligit̃ in illo. ergo declarã‑do non vtimur aliquo istoꝝ triuz modoꝝ. ¶ Uel tertio dicendum q̃ nomen doctrine sumitur a Gal. pro habitu vel per exẽpla vel enthimema vel syllogismũ dialecticũ acq̃sito: z p doctrina mõ dicto p̃ntiз ille nõ omnes sunt ordinarie ad modum expositum. II.

Prima quidem est ex finis notione que ẽm dissolutionem fit.

¶ Nunc enumerat istas doctrinas ipsas de‑clarando. Et diuiditur in tres partes: sicut do‑ctrine sunt tres. ibi scdã Secunda do. ibi z°. Tertia do. Dicit p̊mo q̃ p̊ma doctrina ordinaria est il‑la que fit ex notiõe finis que fit per resolutionẽ vel disso‑lutionẽ. ¶ Ubi notandũ hãc lr̃am duplicẽ hr̃e expõnez. p̊ria est Monachi cõ° z° itelligẽtis p finẽ cãз vltimatã: iuẽtã p resolonẽ q̃ est illꝰ resolonis finis: z p se nota: z ex cu‑ius cognitiõe pẽdet cognitio siue scia ↄ̃ficl. ne ↄ̃stũ nõ ple‑ne certificat̃ nisi cũ i hãc deuenerit cãз. Dr̃ z° q̃ hec do‑ctrina fit p dissolonẽ h̃ mõ: qr̃ ppositis ↄne dubia ẽз Ar. an̄te z° posterioꝝ volẽtes eã hr̃e sciam: q̃rimꝰ mediũ p qd̃ nobis notificet̃: z i p̊ figura maxie q̃rimꝰ ẽз Ar. i p̊ poste‑rioꝝ. vnũ qd̃ sit sub3 maioris extremitatis: z pdicatũ mi‑noris. tale ḡ mediũ cũ inenit̃: si fuerit cã sit facit cognoscere ↄnẽ z cãm eiꝰ. In illa igit̃ inuẽtiõe mediũ qd̃ est cã pcedi‑mus ab effectu ad cãm: z qr̃ ita notificatiõis ↄnis maxie est ex hac inuẽtiõe: iõ talis modus acq̃rẽdi doctrinã: dr̃ re‑solutiuus: ergo in illa inuẽtione pcedimus ab effectu q̃ cõ‑muniter est compositior ad causam que est simplicior: z quia sic inueniendo certificamus effectũ per cãm: iõ dici‑mus demr̃ationẽ ppter qd z cause facẽ doctrinã resolutiuaз

ẽm

ſm ergo Monachū doctrina reſolutiua eſt ꝗ fit ſyllo demōſtratiuo cauſe. tunc ergo ſic exponit̄ textus. prīa eſt ꝗ fit per vel ſm diſſolutionē .i. per inuētionē cauſe ꝓpoſito effectu dubio: qui in cauſā reſoluit̄: ⁊ que fit ex notione .i. notitia finis .i. cauſe vltimate inuēte ꝑ diſſolutionē. nā alia rū cauſarū ſcia pendet ex hꝫ notitia. ⁊ ꝓpter hoc dicitur infra ꝙ hoc incipit ex finis notione. nō ꝙ notio hui⁹ finis ſit prīū cōſideratū in hac doctrina. prīo enim cōſideramus effectū: qui eſt nobis dubius: ⁊ venamur cauſā: ⁊ cū inuenimus cauſam imediatā dubitam⁹ an ſit: querim⁹ eius cauſam quouſqꝫ veniamus ad cauſam vltimatā que eſt per ſe nota. Sed ideo dicit̄ ab hac vltimata cauſa incipere: q2 anteꝗ̄ ad illā deueniat nullū cōſideratoꝝ eſt ſcitū: ⁊ prīo per iſtius cauſe inuentionē ⁊ notitiam: reliqua omnia prius cōſiderata ſciuntur.

¶ Secūda expoſitio eſt Cōciliatoris. differentia. 8. intelligentia per finē effectū: ⁊ eſt ſenſus. prīa doctrina que fit ex notitia effectus per quā notificamus cauſā: ⁊ fit ſꝫ diſſolutionē: q2 in notificatione ꝓcedimus ab effectu cōpoſito ad cauſam ſimplicē: ⁊ hec eſt facilior. ¶ Prima tñ videtur magis cōformari q̄buſdam dictis Galeni: vt ꝙ ſit prima: q2 ſine dubio illa que eſt ꝓpter quid eſt dignior ⁊ prior: ⁊ ꝓpter quedā alia que facile ſoluuntur.

¶ Ego aūt: q2 video in inuētione ſcie effectus per cauſam duplicem ꝓceſſum. ⁊ ſilr in inuētione ſcientie cauſe ꝑ effectum vnum inuētionis medij: aliū aūt notificationis: ⁊ ꝓceſſus inuentionis in demonſtratione per cauſam eſt reſolutiuus alter cōpoſitiuus. ecōtra aūt eſt in demonſtratione per effectum. ideo puto quācūqꝫ iſtarum poſitionū accepta poſſe ſaluari leuiter ⁊c̄. III.

Secunda ṽo que ex compoſitione eſt ſm reſolutionem inuentorum.

¶ Declarat ſecūdā dicēs. ꝙ ſcd̄a doctrina eſt iſta que fit ex cōpoſitione inuentoꝝ per diſſolutionē. nam in cōpoſitiua ꝓcedim⁹ cōponēdo ea que inueniunt̄ cū diſſoluimus: vel illis ꝓportionabilia. ⁊ hoc hꝫ verū ſiue dicamus compoſitiuā eſſe per demonſtrationē: q2 vt vult Monachus. ſiue ꝑ demōſtrationē ꝓpter q̄d. vt vult Cōciliator. ¶ Ad hoc aūt plane intelligendū ponamus exēplū. prīo ſm viā prīā. ſcd̄o ſm aliā. Sit ꝗ dubia ꝓpoſitio veru in ſor. ſit febris. ego cōſidero ꝙ mediū ſufficiēs ad hoc arguēdū eſſet humor putridus ſuo calore accidentali calefaciens cor ſor. Sed dubiū eſt ꝓpter q̄d iſte humor eſt in ſor. mediū eſt: q2 in eo fuit ꝓhibita tranſpiratio ꝑ quā retinent̄ fumi ſupflui. Sꝫ reſtat dubiū ꝓpter q̄d ꝓhibita trāſpiratio eſt in eo: ⁊ inuenit̄ mediū: q2 in eo fuit oppilatio. ⁊ querit̄ ꝓpter q̄d ⁊ inuenitur: q2 in eo ſunt humores multi flegmatici per indigeſtionē geniti. ⁊ queritur ꝓpter quid: ⁊ inuenit̄: q2 plus appetit ꝗ̄ poſſit digerere. ⁊ queſita cauſa. mediū inuenit̄: q2 habet malā cōplexionē frigidā in ſtomacho. hoc ergo mediū gratia exēpli ſit cauſa imediata ex cuius cognitione oēs relique fiunt note. ꝓcedimus igitur in mediorum inuentione cōtinue reſoluendo. ¶ Sed ſi ecōtra ꝓcederemus ⁊ dubitarem⁹ vtrū ſor. habeat frigidā cōplexionē ſtomachi: ⁊ inuenio ꝓ medio ꝙ plus appetit ꝗ̄ poſſit digerere. ⁊ quero vtrum plus appetit ⁊c̄. ⁊ inuenio ꝓ medio hunc effectum ꝙ hꝫ humores multos viſcoſos: ⁊ poſtea ſilr inuenio ꝙ hꝫ oppilationē: ⁊ ſic vſqꝫ ad febrem ꝓcedendo cōtinue componēdo in inuētione medij. ⁊ pꝫ ꝙ hic componim⁹ cauſas prius ſm diſſolutionē inuētas. fit igit̄ cōpoſitiua ex cōpoſitiōe inuentorum per reſolutionē. tu ṽo potes modo per te formare exemplū ſm aliā poſitionē faciendo ordinē ſyllogiſmoꝝ: vt ſor. febrit: ergo hꝫ humorē putridū: ⁊ hꝫ hunc. ꝗ fuit ꝓhibita trāſpiratio: ⁊ vltra quouſqꝫ veniamus ad primā cām. hic ꝓceſſus eſt q2. ⁊ eſt reſolutiuus. ¶ Nobis ṽo ecōtra icipiētib⁹ hꝫ malā cōplexionē frigidā. ꝗ plus appetit ꝗ̄ poſſit digerere. ⁊ plus appetit. ꝗ generat humores multos viſcoſos ⁊ gnāt: ergo patit̄ oppilationes: ⁊ ſic vſqꝫ ad febres ꝓcedēdo cōponēdo. pꝫ ꝙ cōponimus cauſas inuentas ꝑ diſſolutionē: ⁊ hec exēpla ſunt ſatis ad ꝓpoſitū. Nota exēplū Hali. cōmēto. 2. ⁊ Hali. prīo theorice: ꝗ gr̄a breuitatis dimitto: ſed tu vide a Monacho cōmēto. 2. ⁊ a Cōciliatore differentia octaua. Deinde cum dicit. IIII.



Ertia ṽo ex termini diſſolutione: cui nunc inſiſtimus.

¶ Declarat tertiā doctrinā ordinariā. ⁊ diuidit̄ in tres. prīo facit q̄d dictū eſt. 2° ponit varios modos appellatiōis hui⁹ doctrie. 3° oſtēdit q̄uo circa vſuꝫ harꝫ doctrinaꝝ aliq̄ medici ſe habuerūt ⁊ q̄uo ipſe. 2° ibi [Appellare. ibi 3° [Conati ſūt ꝗ.] ¶ Dicit prīo ꝙ tertia doctrina ordinaria eſt illa que fit ex diſſolutione termini .i. diffōnes cui doctrine nūc inſiſtimus: ſcilꝫ in iſto libro tegni. ¶ Notādū ꝗ ꝙ hoc nomen terminus q̄nqꝫ ſumit̄ ꝓ diffōne: vt ꝑ topicoꝝ. ⁊ hoc iō q2 diffō terminat ⁊ finit q̄ditatiuā notitiā diffiniti ipſaꝫ cōplēdo. ¶ Nota 2° ꝙ doctrina diffinitiua de ꝗ loḡt hic Gal. eſt alia a doctrina diffinitiua vel methodo diffōnis tradita ab Ar. 6. topicoꝝ. ⁊ 2. poſterioꝝ. Nā ille Ariſt. ſunt artes ad inueniēdā diffōnē: hec aūt diffinitiua Gal. eſt ponere diffinitionē: ⁊ diuidere eā iā in partes: ⁊ oēs partes explanare. ¶ Sūt ꝗ tria opa hui⁹ doctrine. Unū eſt diffōnē ponere. 2m eſt diuidere in partes. 3m eſt partes explanare. Et hoc intēdit Hali. cōmēto. 4. Sꝫ q2 Gal. hāc diffōnis expōnē ponit tertiū genus doctrine: ⁊ nō inuētionē ad huius cauſam declarādā oportet videre q̄uo diffinitiones inueniātur. ¶ Sciēdū ergo prīo ꝙ diffōnū vt ſumit̄. 2. poſteriorū ab Ariſto. q̄dā ſunt prīn⁹ demōſtrationū ⁊ ſciētiarū que ſupponunt̄: vt in prīcipio geometrie diffō puncti ⁊ linee: ⁊ ſupficiei: ⁊ figure: ⁊ circuli: ⁊ anguli: ⁊ ſic de multis. ⁊ iſtas nō opꝫ ꝓbare: aut venari. q̄dā ſunt diffōnes ſola poſitione differētes a demōſtratione. Et iſte ſunt diffōnes paſſionū aſſignātes q̄d eſt paſſio: ⁊ ꝓpter q̄d ineſt ſubiecto: ſicut verbi gr̄a. eclipſis eſt defectus luminis in luna ꝓpter diametralē interpoſitionē terre inter ſolē ⁊ lunā. ⁊ dicuntur demōſtratio ſola poſitione ab ea differētes: q2 per eas reſpondet̄ ad iterrogationē de ꝓpter q̄d eſt tanꝗ̄ ꝑ mediū. cuius vigore demōſtratio format̄: ⁊ vis eius pendet tota: vt ꝓpter quid luna eclipſat̄: reſpondet̄ dando cauſam demōſtratiuā: q2 ꝓpter diametralē terre interpoſitionē inter ſolē ⁊ ipſaꝫ deficit in lumine: ⁊ in hui⁹ cauſe demōſtratiue aſſignatiōe ponit̄ illa diffinitio: niſi ꝙ nō eodē ordie terminoꝝ quo ponitur: cū per eā reſpōdet̄ ad iterrogationē de quid eſt eclipſis. Nā cū ita interrogat̄ reſpōſuꝫ eſt defectus luminis ⁊c̄. id ergo .ſ. genus q̄d in cauſe aſſignatiōe ponit̄ vltimo hic in aſſignatiōe diffōnis ponit̄ prīo: ⁊ ſꝫ cōeꝫ ſcholā tales diffōnes ſunt mediū in demſtratione potiſſima que a Cōmētatore dr̄ ſimplr̄ demōſtratio ꝓhemio phyſicoꝝ: lꝫ nō ois demōſtratio ſimplr̄ ſit potiſſima. ¶ Sed tertius modus diffōnū eſt diffinitio que eſt ꝯcluſio ſyllogiſmi: aut demōſtratiui: aut alterius. ⁊ iſta dicit quid eſt res: ſed nō eſt mediū debitū potiſſime demōſtratiōis: lꝫ in multis alijs nos adiuuet: ⁊ vocat̄ cōiter formalis diffinitio: ſicut ira eſt appetitus vindicte: ⁊ plurimū cōtingit ꝙ per artē diffinitiuā tales venamur diffinitiones: nō tñ credendū vt dicit Monachus cōmēto ſcd̄o has ſolas poſſibile venari. Nā Ariſto. 4° phyſicorum querit loci diffinitionem: ⁊ eam venat̄: vt per iſtam paſſiones demōſtrare poſſit. ⁊ 2. de anima. diffinitionem anime: vt in iſtis locis plane a Cōmētatore pōt colligi. venamur ꝗ oē diffini-

tionis genus dum nō fuerit p̄mo notum. ¶ Sciendū secundo quo ad hoc ꝙ Aristo. 2. posterioꝝ ostendit ꝙ diffinitio inq̄sitū hō nō ostendit syllogismo demōstratiuo: nec syllogismo hypothetico per 3ꝫ diffōnē: nec per inductionem: ꝫ ēd inuenit per diuisionē ⁊ cōpositionē diuidentiū: diuisio aūt sola nō est sufficiens ad hoc vt per eā manifestetur aliquid incognitū nedū ꝙ per eā inueniatur diffinitio. In diuisione enī ɔclusio cōcludit per modū ɔcessionis: ⁊ nō quia necessario sequat ex his que premissa sunt. sicut verbi gratia. si volo ostēdere per diuisionē ꝙ homo est animal rationale. ꝓceditur hoc modo. hō est substantia: aut ergo corporea: aut incorporea: ⁊ ponitur vel ɔceditur ꝙ est corporea: non ꝙ ꝓbetur: postea est corporea: aut animata: aut inanimata: ⁊ cōceditur ꝙ animata: ⁊ sic alatum diuidit: aut rōnale: aut irrationale: ⁊ cōceditur ꝙ rationale. qđ ergo in fine dicitur. homo est substātia corporea animata rationalis: nō ꝓbatur. sed petit. nō ergo sola diuisio sufficit ad inueniēdū diffōnem dubiā: nec sola cōpositio. ¶ Sed diuisio multū ɔfert: precipue vbi diuidatur genus semper per suas p̄mas differētias ⁊ essentiales: nā diffinitū nō euadit quin sub altero diuidētiū comprehendatur. ¶ Cum ergo genus fuerit dubiū de aliquo diffiniendo. p̄mo inuenitur per artē vel methodum generis traditam in topicis. ⁊ silr cum dubium fuerit: que differētie de specie dicant per eandem methodum ostenduntur esse essentiales constitutiue differentie diffiniti: ⁊ tandem methodo ꝓprij querimus verū cōpositum ex oībus sic ꝓprium: quo inuento vtimur methodo diffinitiuo. 6. topicorum: ⁊ ostendimus illud esse diffinitionē per diuisionem. ergo ⁊ compositionem diuidentium. ¶ Iuuantibus predictis methodis. s. generis ꝓprij diffinitiōis venamur diffinitionē. ¶ Ex his patet ꝙ in inueniēda diffinitione sꝫ artem Aristo. nō semper vno modo ꝓcessus vtimur. sed quādoqꝫ diuisiuo: quādoqꝫ demonstratiuo vel ostensiuo: quādoqꝫ ad ostendēdū genus: quādoqꝫ cōuertibile ɔstat ꝙ in his modis nō seruat vnus ordo. Et ideo nō ponitur a Gal. modus doctrine ordinarius. ¶ Et si hoc cōsideras videbis hoc valde rationabilius ꝗ̄ differentie: vt dicit Cōciliator differētia octaua. ꝙ per artem Aristotelis non extrahitur quesitum. naꝫ nimis dehonestat Aristo. ꝙ tradat vnā artē ad inueniendū vnum quesituꝫ tanto studio: ⁊ ꝙ per illam nō extrahatur. Sed in hoc ꝓcessu Galenus semper cōsimili modo ꝓcedimus vsqꝫ ad finem explanādo terminoꝝ significationes. Et ideo rationabiliter dicit diffinitiuus ordinarius. ¶ Qđ aūt dicit Plusq̄cōmentator. cōmento scđo. ideo non dici ordinariam diffinitionē Aristo. quia plurime diffinitiones supponunt: ⁊ pauce inueniunt nō est sufficiens. Nam etiam pauce isto mō quo Galenus vtitur dissoluunt. Item multum ⁊ paucum non variant speciem. Item multas diffinitiones Aristo. in libris naturalibus ⁊ moralibus venat: vt patet inspicienti libros. ¶ Tertio notandū Plusq̄cōmentatorē dicere. cōmēto scđo. hanc tertiā doctrinā. s. Gal. diffinitiuā nihil ignotū declarare per notū: ⁊ dicit nos non vti hoc genere doctrine ad particularia quesita sciētie declaranda. ⁊ ob hāc causam nō dici ab Aristotele genus doctrine.

Sed hec dicta nō vidētur omnis vera iuxta superius posita: quia hoc genus est ad faciēdū scire. scientia scđo modo sumpta dictā ꝓpositionem in qua diffinitio de diffinito predicat que est p̄ncipium scientie: ⁊ ad quā scientiam sufficit dictorum plenus intellectus sine argutione. Cuꝫ vō hoc genere vtimur ad solam memorationem vel ordinationem capitulorū: nō puto dici doctrinam: sed solum modo supra posito. accidit autem simul vt det ordinem capitulorum: ⁊ facilem faciat memoriā totius scientie diffiniti.

¶ Appellare autē licet huiꝰ doctrinā: nō solū termini dissolutionē: sed etiam apertionē: vt qdaꝫ nominauerunt: aut resolutionē: aut diuisionem vt alij quidam: aut explicationē: aut expositionem vt alij.

¶ Hic ponit diuersa nomina quibꝰ hec doctrina nominat dicēs. ꝙ lꝫ istā diffinitiuā doctrinam appellare: nō solum dissolutionē termini. i. diffinitionis: sed apertionē: aut resolutionem: aut alijs nominibus positis in littera: ⁊ cause ꝯpꝫ consideranti. ¶ Deinde dicit. V.

Conati sunt ergo quidam herophiloꝝ huiusmodi facere doctrinam: quēadmodū heraclides ⁊ eritheus.

¶ Hic ostendit qualiter antiqui medici ⁊ ipse se habuerūt circa vsum harū doctrinarū: ⁊ dicit quatuor. Primū ꝙ qdam medici de secta Herophili illius. s. veri conati sunt facere huiusmodi doctrinam. s. diffinitiuam quemadmodum Heraclites Eritheus. VI.

Conati sunt ⁊ eam que s̄m compositionem ipsi herophili: ⁊ quidam erasistratorum ⁊ athenienses athaleus.

¶ Dicit scđo ꝙ tā herophili de quibus statim dictū est ꝗ̄ etiā qdam erasistratoꝝ ⁊ athenienses athaleus sunt conati facere doctrinam compositiuaꝫ. VII.

Nullus tamen ante scripsit eam que ex finis notione incipit: ex qua omnes artes consistunt s̄m rationem.

¶ Dicit tertio. ꝙ nullus ante ipsum: ⁊ itelligat de medicis scripsit illā doctrinā que incipit ex notione finis. ex qua cōsistunt omnes artes s̄m rationem. VIII.

Sed ⁊ illam quidem alibi pertransiuimus.

¶ Dicit quarto: ꝙ ipse alibi pertransiuit illā id est est vsus illa. ¶ Circa p̄mū dictū considera ꝙ ex quo dicitur conati sunt: videtur innuere ꝙ nō perfecerunt. ⁊ sic etiam in secūdo dicto. ¶ Sed tunc sꝫ viā Plusq̄cōmentatoris videtur graue quomodo medici famosi nō perfecerunt doctrinam compositiuam cum illa sit valde facilis que ex effectu ꝓcedit ad causam. ¶ Hic potest dici ꝙ lꝫ inter alia genera demonstrationum sit facilius tamen isti: quia carebant logica nō perfecerunt eaꝫ debitis conditionibus demonstrationis. s̄m tamen expositionem Hali. qui illam dicit fieri per demonstrationeꝫ ꝓpter quid. nō est mirū si antiqui medici conati sunt eaꝫ facere ⁊ nō perfecerunt: quia est difficile. ¶ Circa tertiū dictū cōsidera ꝙ hic Plusq̄cōmentator sumit motiuū ad dicendum ꝙ in resolutiua sit ꝓcessus ꝓpter quid. naꝫ aliter non esset veruꝫ ꝙ nullus ante ipsuꝫ de medicis scripsit doctrinam resolutiuam: q̄a multi scripserūt ꝓcedendo demōstratione q̄a est: cum sit facilis. ergo illa quā nullus ante fecit videt difficilior: ⁊ illa est ꝓpter quid. Tenēdo aūt viā Hali. respondet ꝙ ante Gal. nullus scripsit in medicina pfecte ꝓcedendo aliquo genere demonstrationis. ¶ Nota scđo. ꝙ illā incipere ex notione finis dꝫ exponi s̄m varias vias Hali. ⁊ Plusq̄cōmentatoris modis dictis supra. ¶ Tertio nota. ꝙ s̄m Plusq̄cōmentatorē: ideo dicunt oēs artes s̄m rationeꝫ ɔsistere ex resolutiua doctrina: q̄a per rōnē intelligimus cause assignationem. mō oēs artes s̄m cause assignationē ꝓcedūt per doctrinā ꝓpter quid. s̄m vō Cōciliatorē artes s̄m rationeꝫ intelliguntur ille que incipiunt a notioribus nobis ⁊ minus notis nature. Nā ratio humana ita est apta vt plurimū ꝓcedere

dere.tales autẽ incipiunt ab effectibus.ꝛ ideo artes ꝫ rationẽ sunt ille que procedunt ab effectibus supra causas. modo cõstat ꝙ ille sunt per doctrinam quia est. ¶ Circa vltimũ dictũ patet ꝙ in libris varijs Gal.inuenim⁹ qñqꝫ demonstrationes ꝑpter quid: vt.ꝫ.creticoꝝ.ꝛ libro de accidẽti ꝛ morbo.ꝛ sic de multis.in alijs aũt demõstratiõe ga: vt in libro nãliũ vtutũ.quecũqꝫ ğ sit ista doctrina verũ est ꝙ Gal.eã alibi ptrãsiuit.i.ea est vius.Deinde dicit. IX.

Hic v̈o diffinitiuã faciemus doctrinã. ¶ Eligit Gal.genus doctrine quo visurus est. ꝛ diuidiť in q̃tuor.primo facit hoc.2° cõparat diffinitiua resolutiue.3° excusat se a particulari determinatiõe in isto li°.4° iteꝝ repetit intentionẽ isti⁹ libri.ibi 2° [Que quãtũ.] ibi 3° [Quero ꝫ.] ibi 4° [Sꝫ nunc a diffinitiua.] ¶ Dicit ꝑ.ꝙ in isto lib° faciet diffinitiuã doctrinã.i.vteť diffinitiua doctrina. ¶ Et nota ꝙ ex mõ sui ꝑcessus hic intelligim⁹ de qua diffinitiua intẽdit:qa.s.dissolutiua diffõnis ꝛ nõ inuentiua eius.

¶ Que q̃ztum relinquitur ab ea que est ꝫm dissolutionẽꝫ ꝛ dignitate ꝛ rõne:tantũ abundans est ad cõprehensionem totius ꝛ memoriã eoꝝ que ꝫm partes.facile.n.memorabilia sunt satis ex termini dissolutione omnia:eo ꝙ contineat in se totius artis capitula ꝛ optimũ terminum:queꝫ ꝛ substantialem quidam nominant.

¶ Nũc cõparat resolutiue.Et diuidiť i duas.ꝑmo facit qđ dictũ est.2° ponit differentiã iter diffinitionẽ ꝛ descriptionẽ.ibi 2° [Ecõtrario diuidiť.] ¶ Dicit ꝑ.ꝙ hec doctrina diffinitiua q̃tũ relingť.i.excediť a dissolutiua in dignitate ꝛ rõne tãtũ est abundãs.i.tãtũ excedit resolutiuã ad h vt faciat cõpẽdiose oĩa de q̃bus in arte considerať cõprehẽdi:ꝛ ad memoriã facilẽ oĩum in arte scibiliũ.ꝛ ꝑbat h: ꝙ.s.superat resolutiuã:quia ꝑ dissolutionẽ diffõnis facile fiũt oĩa scibilia artis memorabilia.Et sic ꝑbať ꝙ ex illa doctrina fiũt facilr memorabilia oĩa scibilia artis qđ ꝯtinet sub cõpẽdio ꝛ ordine capitula totius artis ꝛ optimuꝫ terminũ: vel diffõnẽ quã quidã substãtialẽ vocãt.Sꝫ diffinitiua doctrina est h°.igiť ex ipsa fiãt oĩa artis scibilia facile memorabilia. ¶ Sequẽdo ğ dicta supius attẽdẽduꝫ ꝙ apud cognoscẽtẽ diffõnẽ de suo diffinito iste modus ꝑcedẽdi nihil declarat:sed tñ ordinat in memoria sũmas artis. ¶ Apud v̈o nõ cognoscẽtẽ iste modus ꝑ explanationem terminoꝝ facit multotiens acq̃ri cognitionẽ diffinitionis de diffinito ꝛ respectu ꝑmoꝝ h nõ est ꝑprie doctrina sed ordinatio doctrine: vel certe notitie apud discipulũ vel magistrũ.nec isto mõ est doctrĩa sumẽdo doctrinã ꝑ doctione.sed respectu nõ cognoscẽtis hec est aliq̃ñ doctrina qñ sola terminoꝝ explanatio sufficit ad credẽdũ ꝑpositã diffõnẽ. ¶ Aliq̃ñ v̈o non:qñ.s.hec sola explanatio terminoꝝ nõ sufficit.nõ igiť ab isto modo in ignorãte necessario cõsurgit doctrina.ꝛ ideo huic mõ ꝑcessus accidit ꝙ faciat aliqđ icognitũ esse cognitũ:sed nõ conuenit sibi essentialr ꝛ semꝑ respectu incogniti. ¶ In demõstratiõe v̈o ꝛ syllo.ꝯclo necessario sequiť ꝛ eius scĩa ad ea que ꝑmissa sunt.merito ergo huius demonstratio:siue qa:siue ꝑpter quid est dignior ꝛ ꝑcedit etiã rõne.i.vigore discursus.naꝫ vigor discursus demõstratiui est ad semꝑ faciẽdã sciam in nõ habẽte.sed nõ ita est istius diffinitiui ꝑcessus.ꝛ hoc est qđ Gal.hic vult ꝙ merito forme ꝑcessus resolutiua.ꝛ pariter põt dici de cõpositiua sit dignior ad sciam faciendã.Cũ hoc tñ stat ꝙ scĩa q̃ ꝑ hũc ꝑcessum acq̃riť est dignior q̃z illa que ꝑ demõstrationeꝫ acq̃riť:qa ista est ꝑn⁹ illius que ꝑ demõstrationẽ acq̃riť. ¶ Nota scđo ꝙ procedẽdo hoc mõ declarãdo terminos in diffõne sciẽtie positos nos sumimus capitula.i.ꝑncipales sũmas paruas:totã artẽ cõprehẽdẽtes:qa tota ars cõprehẽdiť sub genere subiecto sciẽtie:qꝛ in diffõne illi⁹ poniť ꝛ eius spẽb⁹ ad quas diuidiť:sed nõ possunt ita in paruis sũmis ex ordine colligi ea que demonstranť:qa in tota scĩa nõ oĩa que demõstranť sub ordie cõprehẽdũť:imo multotiẽs a capite iteꝝ incipimus. ¶ Doctrina ergo diffinitiua dicta ꝑ se est assumatiua capituloꝝ ꝛ cõpendiose ꝯtẽtiua gñaliter ꝛ in paucis oĩum artis scibiliũ.ꝛ in hoc vtrãqꝫ doctrinã precedẽtẽ excedit:ꝛ merito huius etiã in faciẽdo memorie teneri qa pauca ꝛ ordinata melius memorie teneněť: vt sumiť ab Aristo.in de memoria ꝛ reminiscẽtia. ¶ Deinde dicit.

¶ Ecõtrario diuidẽtes his que notiones appellant.Et illi siquidem ab accidentibus diffiniũt rebus:hi v̈o a substantia ipsa consistunt.

¶ Ponit differẽtiã iter diffõnem siue optimũ terminum substãtialẽ:ꝛ descriptionẽ siue notionẽ dicẽs.ꝙ illi qui sumunt optimũ terminũ diuidũt cõtrario mõ illis q̃ appellant notiones.i.q̃ inueniũt descriptiões.nã tales diffiniũt a rebus accidẽtib⁹ que nõ sunt de essentia diffiniẽdi. Sꝫ illi qui optimũ terminũ inueniunt diffiniunt ab ipsa substãtia.i.diffiniũt ꝑ essentialia.memorãdũ ergo ex ꝑdictis inueniri diffõnẽ iuuãte diuisione.ꝛ ita intelligẽdũ de descriptione.qui ergo volũt diffinire vtunť diuisione in differentias essentiales. Sed illi qui descriptiones venanť vtunť diuisione in accidẽtia.Ista ğ quodã mõ diuidunt. q̃uo aũt differãt descriptio ꝛ diffõ.vide in logica. X.

Que v̈o ꝫm pteꝫ est tractatio vniuerse medicinalis speculatiõis in multis alijs a nobis scripta est negocijs:q̃b⁹ expedit vti ad tres doctrinas.

¶ Nũc excusat se.ꝛ dicit ꝙ in isto libro nõ ponet pticulares cõsiderationes rerũ medicinaliũ.Et rõ qa ista pticularis determinatio medicinaliũ speculabiliũ poniť ab eo in multis alijs libris:in q̃bus libris oportet vti tribus dictis doctrinis:qa particulariter descẽdendo nullius nãlis generis scientia cõpleť per vnũ tñ istoꝝ triũ modorũ doctrine vt ꝑdicť.vbi recte dicit Hali.Gal.in hoc ꝑhemio de istis doctrinis ideo determinasse vt ostẽderet necessitatẽ logice:ꝛ faceret nos scire ꝙ impossibile est queq̃z ꝑfecte scire medicinaꝫ sine arte dialectice:nisi fuerit homo excellentis nature sicut fuit Hippocras. XI.

Sed nũc a diffinitiua icipiemus tñ adhuc apponentes:ꝙ sola capitula:ꝛ velut cõclusiones ꝫm explicationem demonstratoruꝫ dicentur nunc.

¶ Repetit intentionẽ in hoc libro dicens.ꝙ nunc incipiemus a diffinitiua.adhuc apponentes istis in hoc ꝑhemio quia in isto sola capitula ꝛ velut cõclusiones explicandorũ ꝫm demõstrationẽ dicuntur nũc. ¶ Ubi notanduꝫ ꝙ ꝑ capitulũ debemus intelligere summã paruã:cui multa velut capiti ꝑ collũ alliganť:ꝛ ista sũma est q̃si abbreuiatio dictoꝝ explicite. ¶ Nota scđo cõclusionem esse quodãmodo abbreuiationẽ premissaruꝫ relicto medio. In h ergo ꝙ sũma generalis abbreuiat dicta explicite similať cõclusioni explicate per demõstrationẽ.ꝛ ideo dicit Galenus ꝙ ea que hic dicentur erunt velut cõclusiones explicatorum per demonstrationẽ:non ꝙ vere cõclusiones dicentur sed sũme gñales illis in abbreuiatione quodãmõ similes.hic igitur liber vt recte dicit Hali, ex hoc scitur vtilis esse discipulo ad capiendum aliorum scientiaꝫ ꝛ doctori ad facile memorandũ ea que didicit.vos igitur audite illum discite.Sequitur.Medicina est. I.



Edicina est scientia sanorum egrorum ⁊ neutrorum.

¶ Expedito pħemio Gal. icipit tractatū diffinitiuū qnē intendit: in quo posita medicine diffōne ipsam explanat modo predicto. Diuidit̄ autem hic tractatus in tres partiales libros: qm̄ in pmo determinat post diffōnē medicine de corporibus sanis egris ⁊ neutris. In scdo de signis. In tertio de causis. Secūdus incipit ibi [Sunt aūt ⁊ hoꝝ.] Tertius liber icipit ibi [Quoniā vo ⁊ harū.] Prima ps diuidit̄ in duas. p̄ ponit medicine diffōnem. 2ᵒ exponit partes ibi [Sciētie ergo nomen.] ¶ Dicit pmo ꝙ medicina est scia sanoꝝ egrorum ⁊ neutroꝝ. ¶ Ubi notādū ꝙ hoc nomen medicina qñqꝫ dicit̄ de habitu quodā vel eggregato ex habitibus per demōstrationē acquisitis cū conditionibus infra dicēdis. quādoqꝫ vo dicit̄ de habitu cōcernēte particularia cōtingentia a nobis factibilia acq̄sito per quandam assuefactionē: per quam sumus operatiui introducēdo cōseruādoqꝫ sanitatē: ⁊ remouēdo vel p̄seruādo a morbo. hoc ergo scdo modo nō accipit̄ hic medicina: sed pmo. nam secundo modo accipiendo medicia nō esset scientia sed ars mechanica: ⁊ nullo modo speculatiua: sed practica: ⁊ isto modo sumpsit Isidorus medicinā sexto ethicoꝝ cū dicit. Septē sūt artes mechanice. s. lanificiū: armatura: theatria: nauigatio: pastoralis: ⁊ agricultura: ⁊ medicina. Primo aūt modo sumēdo medicinā diffinitur hic. Ad hoc aūt vt diffinitio sit cōpleta sic supplēda est. Medicina est scientia humanorum sanoꝝ egrorum ⁊ neutroꝝ scibiliū a medico. tunc enim p ista addita differt a pastorali ⁊ alqs: itelligendo ꝙ est corporum sanoꝝ neutroꝝ ⁊ egrorū humanoꝝ: ⁊ signorū sanoꝝ ⁊ egroꝝ ⁊ neutroꝝ: nō quorūlibet: sed signoꝝ humanoꝝ ⁊ causarū sanarū ⁊c. nō quorūlibet: sed humanarū. Et voco signū humanū sanum ⁊c. ꝙ seruat corpus humanū sanū ⁊c. ⁊ causam humanā que est causa quare corpus humanū est sanū. Et ꝯsimiliter dicit̄ egra ⁊ neutra. ¶ Nota scdo ꝙ hoc nomē ars quādoqꝫ sumit̄ ꝓprie ꝓut est habitus practici intellectus de factibilibus a nobis cōtingentibus aliter se habere. Et isto modo medicina de qua hic loquitur Gal. nullo modo est ars cū sit sciētia. Et sciētia est de ipossibilib⁹ aliter se habere: vt pmo posterioꝝ. ⁊ sexto ethicoꝝ. quādoqꝫ sumitur cōmuniter pro omni habitu itellectus directo in opus factibile: siue mediate: siue imediate. ⁊ isto mō sciētie dicunt̄ artes: sicut geometria dicitur ars liberalis: ⁊ h̄ largo modo capiēdo artem. patet ꝙ medicina est ars. ⁊ sic loquit̄ Hippo. in libro de lege. ⁊ afforismorū pma. ⁊ Auer. primo colliget. ⁊ sexto ⁊ septimo ⁊ pmo canticoꝝ. ¶ Et iō Auer. cōsiderās ꝙ nō dicit̄ ars f̄m ꝓpriā cōsiderationem vel significationē artis addit in pmo artes speculatiue. q̄si dicat artes que nō sunt habitus practici ⁊ intellectus: lꝫ dicantur artes ⁊ practice cōparatione alioꝝ habituū speculatiuoꝝ. ⁊ in eodē capitulo vocat physicū nālē artificē scientie naturalis. ⁊ cōsequenter diceret naturalē phiam artem. ⁊ Hali. ⁊ alij de medicina dicūt ꝙ est ars hoc mō sumpta. ¶ Ex quibus patet ꝙ diffinitio Galeni h̄ modo intellecta est bona. Nec obstat ꝙ quidam dicunt hic sumi genus remotū. Nam illud genus appropriat̄ per subiectū ꝓpriū qd̄ in diffinitione scientiarū locū habet differētie. ¶ Patet scdo medicinā hoc modo acceptam esse vnam. Nā scientia dicitur vna que est vnius generis: ⁊ alioꝝ. s. quorum est: est de eis per attributionē ad illud. Et ita est de oībus partibus medicine: ꝙ oīa cōsiderata sunt p attributionē ad humanum sanum egrum vel neutrum.

Hic solet dubitari Utrū medicina sit theorica vel practica: vel partim practica: partim theorica. ¶ Ubi cōsidera ꝙ practicus dr̄ a praxi que est operatio in potestate hoīs existens. dicitur ergo tribus modis aliquis habitus intellectiuus esse practicus. vno modo large: q2 est habitus ordinatus in opus sicut geometra q̄ haberet theatricā: ⁊ ordinaret sciaꝫ geometricā i opus theatrice diceret̄ habere habitū practicū qui esset geometria. Et hoc modo omnis habitus quātūcūqꝫ speculatiuus est practicus vel esse potest. Nā scia diuina pōt ordinari in opus: vt patet cōsiderāti. ¶ Secundo mō dicit̄ aliquis habitus practicus stricte: q2 est habitus per quē scimus formaliter qualitates operationis volūtarie: sicut habitus per quē scio ꝙ cuilꝫ febricitanti debent offerri diete humide. ¶ Tertio dr̄ stricte aliquis habitus practicus q2 existens de qualitate operationis volūtarie imediate dirigit in opus: ita ꝙ nulla prior cognitio requiratur ad operandū: ⁊ hoc modo ars stricte accipiendo artem dicitur habitus practicus: ⁊ sic non est scientia: quia omnis scientia est cognitio vel habitus vniuersalis cognitionis. modo nulla talis sufficit ad operationem: q2 operationes sunt singulariū ⁊ circa singularia: imo capiendo ad sensum Aristo. sexto ethicoꝝ iplicaret cōtradictionem aliquam partem esse scientiam. nam omnis ars est habitus practici intellectus: ⁊ rōcinatiui anime ⁊ cōciliatiue. sed nullus habitus necessarioꝝ est huiꝰ. nam de necessarijs nō cōciliamur vt ibidem Aristo. ⁊ sciētia est habitus necessarioꝝ vt ibidē. ¶ Ex hic pꝫ ꝙ sumēdo practicū modo pmo tota medicina est practica: q2 tota ordinat̄ in opus. ¶ Sequit̄ secūdo ꝙ sumēdo practicū modo secūdo aliqua pars medicine est practica aliqua nō. naꝫ aliqua est in qua formaliter cognoscimus qualitates operationis humane volūtarie: ⁊ aliqua est p quā nō. vt patuit statim in exemplis. ¶ Sequit̄ tertio ꝙ stricte sumendo practicū nulla sciētia est practica: nec aliqua vlis cognitio vel habitus vniuersalis cognitionis: ⁊ sic nulla pars scientie medicine: sꝫ sola illa medicina est practica que est habitus assuefactibilis circa singularia. ¶ Theoricū vo dr̄ tribus modis. vno modo de cognitione veritatis habitu semꝑ veridico circa necessaria nō cōtingētia aliter se habere: q̄uo oīs scia est theorica ⁊ habitus theorici itellect⁹: vt sumitur sexto ethicoꝝ ab Aristo. ⁊ h̄ mō voluit Auic. tertia pmi. c. pmo. ꝙ medicia diuidit̄ in theoricā ⁊ practicā: quarū vtraqꝫ est scia speculādi. ¶ Scdo mō dicitur theoricū: q2 habitus itellectus semꝑ veridicus nō formaliter de qualitate operationis volūtarie siue in istā ordinetur siue nō: ⁊ isto modo vna pars medicine est theorica ⁊ alia nō: vt statim dictuꝫ est de practico. ¶ Tertio modo dicitur theoricū de tali habitu nō ordinato in opus: ⁊ isto mō medicina nō est quo ad aliquā parteꝫ theorica. Et tu ex his considera qd̄ sit dicendum ad questionem. II.

S Cientie ergo nomen cōmuniter ⁊ non proprie audire oportet.

¶ Exponit partes. ⁊ pmo genus in diffinitiōe positum. 2ᵒ differentias. ibi secunda [Sanum ergo.] ¶ Dicit pmo ꝙ in diffinitione dicta nomen scientie est intelligendum communiter id est tanꝗ̄ commune genus ad plures scientias. quoniam in isto conuenit medicina cum alijs. ⁊ nō tanꝗ̄ appropriate hoc nomen de vna particulari scientia diceretur. Quidam autem dicunt hoc nomen scientiam quandoqꝫ sumi pro habitu per demonstrationem acquisito non ordinato in opus. ⁊ iste est modus proprie accipiendi hoc nomen. quādoqꝫ vo dici gen⁹ de omni habitu per demonstrationeꝫ acquisito: siue ordinetur in opus siue non. ⁊ quia medicina non est scientia: nisi hoc secūdo modo. ideo dixit ꝙ in diffinitione nomē men scientie sumitur communiter. III.



Sanum autem τ egrum τ neutrum tripliciter vnūquodq₃ dicitur. hoc quidem vt corpus: hoc aūt vt causa: hoc ṽo vt signum. etenim susceptibile sanitatis est corpus: τ efficiens aut ꝯseruans eam causa est τ declarans eam signum. omnia autem hec vocant helenes sana. Secūdum ṽo eūdem modum τ egra τ susceptiua egritudinum corpora τ efficientes τ conseruātes egritudines causas: τ signa declarantia τ neutra ẜm eandem rationem: τ corpora τ signa τ causas.

℃ Explanato genere procedit ad illa que loco differentie ponuntur. τ diuiditur in tres partes. ṗmo enim ponit quasdam diuisiones gnāles terminoꝝ illorum. τ remouet dubium circa totam diffinitionē. 3° ponit declarationes terminoꝝ: vel mēbroꝝ diuisionum illarū gnālium. z° ibi [Est aūt de toto.] 3° ibi [Sanum est simplr.] Prima in tres ẜm tres gnāles modos diuisionum quos ponit. ibi z° [Et quoniam efficiens.] ibi 3° [Neutrum ṽo.] Prima in duas. primo facit qḋ dixi. z° ostendit quo ordine medicus ad ista diuisa intendat. ibi z° [Et est ẜm primam τc.] Dicit primo ꝙ sanum τ egrum τ neutrū posita in diffinitione vnūquodq₃ istorum nomen dicitur tribus modis. s. de corpore susceptiuo sanitatis: egritudinis: vel neutralitatis: τ de causa factiua vel ꝯseruatiua de signo declaratiuo eorū. τ hoc probat: q₂ helenes qui multū in significationibus nolum studuerūt: oīa ista vocant sana: τ ẜm eādem rōnem dicendum de egris τ similr de neutris. ℃ Notādum ergo ꝙ sanum egrum τ neutrum dicunt de corpore causa τ signo: nō vniuoce: nec pure equoce. nam lʒ sub diuersis rōnibus de eis dicaꝛ: tn̄ habent ordinem ad vnum primū ad qḋ dicuntur: τ dī analogice de illis. modo de talibus nō incōuenit esse sciam vnam. Sanum enim τ egrum τ neutrum ṗmo dicunt de corpore susceptiuo. ꝯsiter de causa τ de signo: put illa est sanitatis factiua vel ꝯseruatiua in corpore: τ illud est eius ostēsum. ℃ Scdo nota: ꝙ lʒ hec tria ponantur in diffōne tanq̄ differētie: tn̄ non sunt nisi sicut eēt vna dīa ex oībus tribus cōposita. ℃ Nota tertio: ꝙ τ signis τ causis vtiꝛ medicus: non tn̄ vt per cās demōstret esse sanitatis τ egritudinis in corpore: sed vt ostendat qūo causis sit vtēdum ad sanitatem faciendam τ egritudinis cās ostendat qūo obuciantur: ita τ signis non tn̄ vtitur vt per illa ostēdat sanitatem de corpore: sed vt per illa comprehendat qūo sit operādum. Sunt ergo cause τ signa in quibusdam ptibus medicine: sicut subiecta ꝯclusionum in quibusdam sicut passiōes: τ ideo nō tn̄ per eas sed de eis dicere debemus eē medicinalē artē. ℃ Nota vltimo ꝙ Pluseq̄ cōmētator cōmēto. 9. in fine dicit ꝙ in alys sciētys a medicina nō accidit ꝙ signa vel cause sint de quibus dicantur in ea passiones: τ neq₃ sunt scie de illis sed per illas: qḋ dictum iudicio meliori saluo nō videtur verū. Nam in phīa nālī multe sunt passiones de quibus alie demonstrantur vt iris est passio τ halo. τ de illis demōstrantur esse circulum vel circuli portionem: τ sic nō tn̄ per illas: sed de illis est scia nālis: quāuis gnāliter situari in potissima demōstratione videaꝛ cuius medium est diffinitio ostendēs ꝓpter qd est: τ quid est non subiecti sed passionis. IIII.



Et ẜm primā quidem rōnem scia causarū sanarum medicinalium est. post illam aūt τ aliarum: scdo ṽo τ egrarum: τ tertio neutrarū: τ post hoc corpoꝝ. primum quidem sanorum: deinde egroꝝ: deinde τ neutrorum: τ de signis ṽo eandem rationem.

℃ Ostēdit quo ordine ista tria a medico ꝯsideranꝛ. τ primo ostēdit ordinē istoꝝ quo ad intētionē. z° quo ad operationē. ibi z° [In actionibus ṽo.] ℃ Dicit ṗmo ꝙ medicina ẜm intētionē ṗmā est de causis sanis. s. quo ad intentionē. ṗmū in mente medici est causa: τ ṗmo sana: deinde egra: deinde neutra. ℃ Scdo quo ad intētionē est de corporibus vt per illoꝝ dispositionē sciat qua vtendū est causa. ℃ Tertio ṽo de signis vt per illa cōprehēdat corporis dispositionem: τ inter corpora ṗmo intendiꝛ sana: deinde egra: deide neutra: τ ita de signis. ℃ Ubi nota ꝙ ẜm Gal. in libro sectarū medicinalis scientie. intentio est sanitas. Sanitatem aūt imediate attingit medicus per causas: aut factiuas: aut ꝯseruatiuas: aut ꝓseruatiuas. sed illud qḋ est ꝓpinquius fini ṗus itendiꝛ ab artifice. ergo cause ṗus itēdantur a medico iter hec tria. corpus aūt dispōnem ꝯsiderat: vt per illā sciat qualiter operari debeat. 3° signa tanq̄ remotiora sunt vltima in intentione. ℃ Nota secūdo ꝙ lʒ sanitas sit de itentiōe medici put est artifex operatiu⁹: nō tn̄ qūocūq₃: sed put est opabilis ab eo in ꝯseruari vel pduci. τ ideo nō prius intēdit corpus sanū q̄ causam: q₂ intendit operationē sanitatis tanq̄ suū imediatū finē ad quem sequiꝛ sanitas ea intentione qua ab eo intendiꝛ. ordine ergo intētionis ṗmo in medicina sunt cause: deinde corpora: deinde signa. ℃ Cause aūt sane sunt ṗores egris: q₂ egre nō itēdunꝛ nisi p remotionē morbi: cum morbi curentur per earū remotionē: vt inde sanitas inducaꝛ egro. q̄ secundario intendunꝛ: τ neutre. 3° q₂ minus sunt ꝯrie. ℃ Ex his appet corporū ordo τ signoꝝ. ℃ Deide cū dic. 158

℃ Si actionibus ṽo prius quidem corporum cognitio ex signis manifesta est. post hoc ṽo τ earum causarum inuentio.

℃ Ponit ordinē quo ad opis executionē. τ dicit ꝙ in opere faciendo a medico post eius scientiā. ṗmo incipimus a cōsideratione signoꝝ. z° corpoꝝ. 3° causarū. Et ratio: q₂ in artibus ṗmū in intētione est vltimū opere τ ecōtra. Exēplū aūt huius τ ꝓcedentis partis est hoc. s. est medicus cuius intentio vt medicus est sanitas vt in ꝯseruari ab eo vel pduci. ṗmū ergo intētū post sanitatem est illud p qḋ imediate attingit finē. illud autem sunt cause sane. z° intēdit illud sine quo causas hēre nō pōt tales: τ illud est corporis dispositio. nā causa non est sana absolute sed in relatione ad corpus: τ que in vna dispositiōe esset sana: in alia esset mortalis τ egra. ℃ Oportet ergo ex corporis dispositione cognoscere causam esse sanam: τ tertio intēdit signa per que corpoꝝ dispositionem cognoscat. ℃ Sed cum vadit medicatum primo aspicit signa: vt per illa cognoscat dispositionem corporis. z° arguit quale est corpus. 3° concludit quas causas τ quomodo applicare debet.

℃ Hic Pluseq̄ cōmētator cōmēto. 10. mouet dubium q̄re cū Gal. hic duplicē ordinē posuerit istoꝝ trium ꝯsideratoꝝ: in quoꝝ vno cause sunt ṗme: τ in alio signa ipse in tradendo doctrinā nullo istoꝝ ordinum incedit: imo ṗmo tractat de corporibus. z° de signis: τ 3° de causis. ℃ Hic ridet τ dicit: q₂ isti duo ordines nō sunt ordines docēdi: sed intētionis vel opis. In doctrina aūt tradēda debemus sequi ordinē docēdi: τ q₂ ille est incipere ab illis: sine quoꝝ cognitione reliqua nō cognoscunꝛ. nūc aūt cum corpus dicaꝛ sanum aut egrum absolute. causa aūt τ signa per relationem ad corpora. i. non possunt sciri cause τ signa vt sane vel egre in genere: nisi ṗcognitis corporibus. Gal. ergo recte a corporibus fecit doctrine sue initium: sed tamē in particulari τ apud sensum post doctrinā demōstratione acqsitam primū occurrēs est signum: τ per illud arguimus dispositionē corporis: τ per illā modum operis. ℃ Sed hic non

est modus doctrine qui est de vniuersalib⁹ ꝯclusionibus. ¶ Nota vlterius per cam hic nõ intelligit omnem cãm: sed cãm effectiuam ꝓut est cõmunis ad efficiẽtem producentem ⁊ ꝯseruãtem. Iste eniꝫ sunt quarum applicatione medicus curat: vel quarꝫ remotione: ⁊ cõiter diuidũtur in causas corporeas ⁊ ꝑmitiuas siue incorporeas: ⁊ corporee diuidũtur in añtes ⁊ ꝯiunctas. Et hec habentur secunda primi. ¶ Deinde dicit. V.

Sed quoniam efficiens ⁊ declarans ⁊ susceptiuuꝫ dupliciter vnũquodqꝫ dicitur hoc qdem simpliciter: hoc ỽo vt nunc: sciendum est vtrorũqꝫ scientiam esse medicinalem. Et ipsum ỽo simpliciter dupliciter dicitur. hoc quidem vt semper: hoc ỽo vt multum: ⁊ est vtrorum horum etiam scientia medicinalis.

¶ Hic ponit modos significandi pectoris egritudines: ⁊ sunt quatuor. ꝑmum est disnia ⁊ anhelitus difficultas. Et cā est. nam existēte apostemate in pectore: qꝛ dilatari sine difficultate nō potest: ideo fit disnia. ⁊ ideo in pleuresi est multotiens anhelitus difficultas. ⁊ silr̄ cōtingit in apostemate musculoꝝ pectoris ⁊ spasmo ⁊ nimia siccitate: ⁊ nimia caliditate loci qui est in pectore. ¶ Scḋs modus est ex tussi: ⁊ est tussis motus ꝯcussiuus pectoris ⁊ pulmonis: vt expellat̄ res nociua: aut a pulmone aut a mēbris ei cōmunicātibus: vt dr̄ io° tertij. tractatu 3° cap̄ ꝑ. ⁊ cum in pectore est vlcus vel apostema a q̄bus mā̄ mala refudando pulmonē ingredit̄ cū mouet̄ tussis. ⁊ ideo in pleuresi in ꝑncipio fit tussis sicca nō coicata pulmoni a pectore mā̄ mala corpulenta expellibili. ⁊ q̄n̄ maturat̄ expellit̄ iam cum sputo aliqđ ex mala mā̄. ⁊ ita accidit nō tm̄ in apostemate pectoris: sed in vlceribus ꝑtium pectoris: ⁊ q̄buidā doloribus. ¶ Tertius modus est ex doloribus. nam dolor lateris pungitiuus significat aut apostema pleureticū aut ventositatē stimulātem ⁊ pungētem. ¶ Quartus modus cognoscēdi corpora egra actu ſm pectus est ex diuersitate forme. i. dispōnū: tam qualitatiuarū q̄ꝫ quātitatiuarū eoꝝ que spuunt̄. Nā sputū sanguineū multe quātitatis ad nigredinē decliue cū dolore in latere significat rupturā vene in pectore. sputū vo saniosum cū dolore in dicto loco significat vlcus: ⁊ ita de alijs sputorū differentijs. Que aūt sunt sputi laudabilis ꝯditiones ⁊ que maligne in egritudinibus pectoris vide io° tertij. tractatu 4°. in sermone vniuersali aggregato de sputo. XXIX.

Et ſm tracheam arteriam egritudines disnia ⁊ tussis: ⁊ ſm locum dolor ⁊ sputum ⁊ vocis lesio innotescunt.

¶ Ponit modos significationū egritudinum trachee. ⁊ sunt q̄nque. s. disnia. Nam cū cāna pulmonis sit via trāsitus aeris ad pulmonē. pꝫ ꝙ ꝯstricta via difficultatur anhelitus. ⁊ hec ꝯstrictio aliq̄n̄ est in capite cāne. s. epigloti. aliq̄n̄ in cāna ipsa aut ꝑꝑter mām aut ꝑꝑter apꝑa vl aliam cām. ¶ Ex tussi 2° significamus sup cānam egritudinē. naꝫ mā̄ nociua stimulat v̄tutē expulsiuā ⁊ fit tussis. ¶ Tertio significat̄ ex dolore in loco significāte: aut malā cōplonē aut solonē ꝯtinuitatis. ¶ Quarto sign̄amus ꝑ sputū ex mō sue q̄litatis vt rubore sanguineo vel sanie: ⁊ sic de talib⁹. ¶ Quito sign̄at̄ ex lesione vocis que est aut

rauca aut aspera aut acuta aut grauis pter nãm. ⁊ iste dise vñ dependeãt dictũ est supra: ita vt facile cõprehẽdi põt qñ ⁊ quas cãne palmonis egritudines significẽt: ⁊ maxime sup epiglotim significare habeant. XXX.

PRoportionalr vo his ⁊ in omnibus alijs partibus ex tumore ⁊ dolore ⁊ lesione operationũ amplius ⁊ egestionũ differẽtijs cognitiones erunt.

¶ Dic vniuersaliter reliqs membris sub taciturnitate relictis pp breuitatẽ dicẽs: ꝙ sm pportionem ad hec dicta possumus vlr dicere in oĩbus alijs ptibus corpis ꝙ earũ egritudines significant tumoribus: doloribus: lesionibus opationũ: ⁊ emissionibus supfluitatũ. XXXI.

EX tumoribus qdem preter nãm vt in flegmonibus ⁊ scliroſi ⁊ inflationib⁹ ⁊ herisipillis inspiciendum est.

¶ Dic illos qtuor modos gñales suprapositos ad cognoscẽdas egritudines mẽbroꝝ occultoꝝ subdiuidit. ⁊ diuidit in duas. p facit h. 2ª se excusat. ibi 2ª [Dictũ est aũt.] pma in qtuor sm ꝙ qtuor sunt gnã subdiuidenda. ibi 2ª [Dolores.] ibi 3ª [Nocet aũt.] ibi 4ª [Quocũqȝ vo.] ¶ In pma pte intendit ponere distinctionẽ tumoꝝ pter nãm. siue apostematũ in qtuor sunt gnã. Et dicit ꝙ cũ volumus cognoscere egritudinẽ ex tumorib⁹ preter nãm faciẽdũ est h: vt pꝰ qꝛ ĩspiciẽdũ est in flegmonib⁹ ⁊ sclirosi ⁊ ĩflationib⁹ ⁊ herisipillis. s. de quo gñe istoꝝ sit. nã ista qtuor cõprehendunt oẽ genus apatum. ¶ Ubi nota p per flegmonem intelligẽdũ esse apa sanguineũ a dñio. ⁊ ꝙ qdam addũt cũ pulsatione ⁊ dolore nõ est opportunũ. nam põt flegmon eẽ in mẽbro nõ sentiẽte: ⁊ tñc furũculi ⁊ apata ex mã mixta: in qbus tñ sanguis dñium fuerit: oĩa dicunt flegmones. ¶ Nota 2º per sclirosim h itelligi oẽ apa vlr a dñio melicũ. ⁊ sũt coiter posita triũ modoꝝ in gñe. aliqd enim est ex melia nõ adusta: qd absolute dr sclirosis cũ fiunt vehemẽter cũ carne mixta mãt ⁊ multotiẽs fit incipiẽdo. multotiẽs aũt ex alijs remanet apatibus. 2m genus est ex eadẽ mã: sed magis a suba mẽbri sepata vt nodi ⁊ scrofule. ⁊ 3m genus est ex melia adusta ⁊ est cancer. ¶ Nota 3º per iflationẽ itelligi vlr hic oẽ apa siue flaticũ a dñio: siue vẽtosum siue aquosũ: ⁊ sunt multoꝝ modoꝝ. nã cũ flegma in poris carnis est ibibitũ dr vndimia: cũ in folliculo ɔtẽtum a carne separi põt. vocat glandula. Aquosũ vo apa esset sicut ramex ⁊ aquosa hydrops. ventosa vo apata absolute inflationes vocant. ¶ Nõ 4º per herisipillã hic itelligi oẽ apa a cholã rubea pendẽs dñante in eo. ⁊ ita est multoꝝ modoꝝ: sic formica: impetigo: serpigo ⁊ silia. Ex his pȝ cum qs vult per tumores preter nãm signare egritudinẽ oȝ inspicere in his quatuor gñibus dictis. vt cognoscat vtrũ tumor ille sit in aliquo illoꝝ. Non fecit aũt cõpositoꝝ apatũ expressam mẽtionẽ: qꝛ ad simplicia reducunt: ⁊ paucissima sunt que nõ hẽant vni⁹ humoris dñiũ: sm quẽ alicui⁹ istoꝝ qtuor generũ dici pñt. ¶ Ultio nõ. ꝙ apata que fiũt p viã desitꝰ humoris a venis plimũ sunt mixta: qꝛ in venis humores mixti ɔtinent. Sed apata que fiunt per viã defluxus ab alijs mẽbris sic a cerebro selle ⁊c. qñqȝ sunt simplicia q ad humorẽ: nõ ꝙ aliqd apa sit morb⁹ simplex: cũ nectio in eo morbi plẽs ɔiungant: vt hȝ videri 3º qrti. XXXII.

DOlores vo sm quem incumbunt locum aut continuitatis solutionẽ: aut alterationes subitas ostendunt.

¶ Dic distinguit dolores: ⁊ qꝛ sensationes distinguunt penes obiectoꝝ distinctionẽ: ideo Gal. hic dolores hoc modo distinguit obiectoꝝ doloris ponendo diuisionem. Si qs aũt ponat dolores esse qualitates tangibiles aut sensationes: sed nõ cõplexionis: vt infra dicetur ex Gal. ɔtinuaret dicendo ꝙ distinguit dolores penes distinctionẽ causarũ suarum imediataꝝ. ⁊ diuidit pars ista in duas. Nam pmo ponit vnaȝ diuisionẽ. 2º mẽbra subdiuidit. ibi 2º [Soluitur igit ⁊c.] ¶ Dicit primo ꝙ dolores vniuersalr significãt in loco in quo incumbũt. i. fiunt aut solutionẽ ɔtinuitatis: id est sepationẽ partiũ: aut subitas alterationes: ⁊ per ɔsequẽs malaȝ cõplexionẽ fientem in membro dolẽte. Et causa dicti est: qꝛ ponẽdo ꝙ dolor est sensatio aut cognitio: vel appetitus sensitiui passio cuiuslibet doloris obiectũ imediatũ est mala cõplo fiens aut solutio ɔtinui: que obiecta opȝ esse presentia cum tali aie opatione: sed ponẽdo dolorẽ esse qualitatẽ tãgibilem causa dicti est: qꝛ dolor est qlitas in eẽ dependẽs a mala complexione fiente imediate in mẽbro tactiuo existẽte aut a solutione ɔtinuitatis. Et ideo ɔueniẽter hic dubitatur.

Utrum cuiuslibet doloris imediata cã sit solo continuitatis aut mala cõplo fiens. Ita ꝙ ⁊ mala cõplexio possit eẽ per se imediata doloris cã: ⁊ ẽt solo ɔtinuitatis. ⁊ qꝛ ponẽdo ꝙ dolor sit qlitas tãgibilis nõ est in qõne magna difficultas. supponamus nũc dolorẽ esse sensationẽ tactiuam. ¶ Et arguit ꝙ nõ. Primo sic. põle est mẽbrũ dolere sine solõne ɔtinuitatis vel mala cõplone: vt pȝ in extẽsione mẽbri a cã primitiua. igit ⁊c. ¶ Confirmat. oĩs sensatio tactiua qꝛ percipit ɔtrium ab organo est dolor: cũ dolere non sit nisi ɔtrarij ɔtrietatem sentire: sed cõtingit esse talem qua nõ percipit mala cõplexio vel solutio cõtinuitatis: vt pȝ in sensatione asperitatis aut grauitatis. ¶ Confirmat scdo: qꝛ stat ɔtrium sentiri dolorose per impressionẽ pure spũalem cũ stet per illam pcipi vt ɔtrium. ergo ⁊c. ¶ Forte dr ꝙ ad dolorem causandũ nõ sufficit cõtrarium sentire: sed opȝ ipsum sentire inqñtũ corrumpit cõplexionem sentientis ⁊ ipsum cõtrariũ sensatum imprimere subito ⁊ mãliter: ⁊ ideo in casu ɔfirmationis talis ɔtrij sensatio nõ est dolor. ¶ Et fundatur hec risio sup dicto Auic. 2º pmi. cap de causis doloris absolute in fine cum dicit. Nõne vides ꝙ si qs frigus cõplexionem corrumpẽs sentit vnde cõplexionẽ corrumpit ⁊ fueris sicut nõ accidẽs ppter ipsum ɔtinuitatis separatio: illud sentire an erit cõtrarium ⁊ an dolorẽ faciens. ¶ Contra. illa qualitas ɔtria que per dolorẽ sentit aut est illa que in organũ tactus imprimit: aut est illa que est in obiecto exteriori. nõ põt dici pmũ: qꝛ illa nõ est ipressa subito: sed ɔtrarium exterius extrĩs. ¶ Item quãto magis in balneo calido morarẽ tanto intẽsius caliditatẽ sentirem: cũ intẽsior caliditas fiens eẽt impressa in organũ sensitiuũ ⁊ fortius ageret. cuius tñ oppositũ experimur. nec põt dici ꝙ caliditas cũ est ipressa nõ sentit: sed cũ imprimit. ɔstat enim cũ sensatio sit res pmanẽs qd est in instãti: ⁊ iõ non est tũc nisi respectu impresse caliditatis. ¶ Nec ẽt stabit 2m. s. ꝙ qlitas ipmẽs in obo exteriori extrĩs sentit dolorose. Nam cũ cõe sit oĩbus sensibus per spũales spẽs oba pcipere: sequit ꝙ tale obm percipit inquãtũ mãliter alterius: nõ inquãtũ cõplexionẽ corrumpẽs. ¶ Confirmat. tale obiectũ remissius sentit ⁊ tanqȝ minus discõueniẽs cum mãliter alterauit: non obstãte ꝙ perseueret velocius qȝ prius mãlr alterãdo. ⁊ non obstãte ꝙ qualitas sit fiens que impressa est: vt pȝ de intrãte balneũ calm ⁊ in eo pseuerãte. ɔtinue eniȝ velocius calefit cũ corpus minus resistat. ergo talis mãlis alteratio nõ est cã quare ipsuȝ sentiat discõueniẽtius qȝ sine ea: ⁊ sic nõ est cã quare doleat. ¶ Scdo pncipalr arguit sic. nulla solutio continuitatis est sensibile pprium sensus tactus. ergo nulla talis est imediatũ obm doloris: ⁊ per ɔñs nec imediata cã: qꝛ solo cõ-

tinuitatis nō videt alio mō cā imediata doloris nisi tan q̄ obm. ꝛ pma ꝯtria pz: q2 cuiuslibet tactiue sensationis imediatum obm est sensibile ꝓprium nō cōe. ꝛ illud videt esse Auer. fundamētū cōtra Auic. ꝛ Gal. ¶ Tertio: situs ꝛ figure ꝛ societatis ꝛ quātitatis ꝑmutatio non percipit dolorose. ergo nec solo ꝯtinuitatis. Tenet ꝯña: q2 quēad modum vnitas ita iste regrunt ad mēbri debitam perma nētiam. ergo si ad ꝑcipiēdū nociuum fuit opportunū do lorose ꝑcipere ꝯtinuitates solonem pariter opz percipere dolorose figure ꝛ dictoꝝ ꝑmutatiuam. ¶ Quarto: si ma la complexio posset esse cā imediata doloris tanq̄ obm: sequeret q in eodem organo per vnicā approximationē ꝛ ꝓm eādem partem de eodē obiecto habemus duas sen sationes specie distinctas. ꝯñs est falsū: q2 vnus. inq̄tum vnū non facit nisi vnū. ꝛ pz ꝯña: q2 caliditatem ꝛ frigi ditatē dolorem causantes percipimus per modum calidi tatis ꝛ friditatis: ꝛ cū hoc ēt dolemus. ergo si dolor sit ta lium qualitatū sensatio simul erunt due sensationes eius dē obiecti ꝛ spē distincte facte per vnicā applicationem. ¶ Ex quo sequit q distinctarū sensationū ꝓm spēm nō sunt specifice differētia obiecta ꝓpria ꝛ plura similia.

Ad oppositum est Gal. 2° interiorum. cap. 5° dum dixit: Sed ego scio q2 dixi in B libro q pmitiue spēs doloris sunt duob⁹ modis. Unus est cōplonis subita mutatio: ꝛ ali⁹ sepatio ꝯtinuitatis. Idē vult Gal. in lib° de malitia cōplonis diuerse. cap. 4°. ꝛ iz. terap. cap. 7°. ꝛ Auic. 2° pmi. cap. de causis doloris absolute.

In ista qōne plures inuenio pōnes: sed antiquio res ex nostris expositoribus breuius ꝛ facilius mentē Gal. declarāt q̄ moderni. ¶ Prima opi nio est Bertrādi varignanis quā Mūdinus sup. iz. terap. magis explanat: que opio dicēdo q dolor est sensatio po nit tres ꝯnes. ¶ Prima: solo ꝯtinuitatis pōt eē per se im mediatū obm doloris. ꝓbat ꝯclō. ꝯtingit dolorem eē per quē solo ꝯtinuitatis solo per se sentit. g̃ ꝛc. assumptū ꝓba tur: q2 stat in solone ꝯtinui subita vehemētē fieri dolorē pro tpe ꝑ quo: nec calor nec frigus nec humiditas nec sic citas tempamētū excedētes sunt in mēbro: vt pz ad expe rientiā. ꝛ hoc vult Gal. iz. terapen. cap. de causis syncopis ꝛ docet expientia in multis casib⁹. ¶ Scda ꝯclō eoꝝ est ista. nō ꝯtingit solonē ꝯtinuitatis dolorose sentiri nisi cō currēte alterius tāgibilis sensatione. ꝓbat: q2 solo ꝯtinui tatis est sensibile cōe: ꝛ nō sentit nisi sentiat sensibile ꝓ prium. ¶ Tertia ꝯclō: stat sensationē cōis sensibilis eē do lorosam sensationem sensibilis ꝓprij per qd illud sensibile cōe sentit nō existēte dolorosa. ¶ Istam declarat: q2 stat alicuius rei figurā esse tediosam ꝛ colorem delectabilem. ¶ Item videmus q hōi frigēti si pellis aliqualr calā ap plicet percipit delectabilr: ita q illius caliditas est dele ctabilis. ꝛ si leuiter fricet per faciē aut aliū corpis locū ꝑcipit motus ille tediosus. ꝛ pruritus si nō scalpat est te diosus: ꝛ cum scalpit est delectabilis. ¶ Per multa ergo talia pnt iuxta hūc modū elici duo. pmum q lz sensibile cōe nō ꝑcipiat sine ꝓprij sensibilis perceptione distincta aut cōfusa. tñ diuerse sunt sensationes ꝛ ꝓprij ꝛ cōmunis sensibilis: cū vna sic qñqz delectabilis alia tristabili exi stente. Scdm q lz semper prius naturalr ꝑcipiat sensibi le ꝓprium q̄ cōmune: nō tñ imediatius est doloris cā per se effectiua vel obiectiua. nā in casu dato ꝛ si dolor sequat cōplexionis sensationem: tñ hoc est per accidēs merito so lutionis ꝯtinuitatis. ¶ Sed vtrum mala complo diuersa possit eē per se cā obiua doloris: vel nō remanet adhuc in dubio. ꝓm ēt q in du° relinqt a Gal. iz. terap. c° 7° allegato. ¶ Apud hāc tñ pōnē est pmo dubium: supposito q per di stinctionē nō per rem incidētez soluat ꝯtinuū que cōplo sentit. ꝛ que res est solo ꝯtinuitatis q̄ ibi dolorose sentit.

¶ Et ibi sine dubio est dōm: q corpus inter ꝑtes solutas incidēs vt incidēs ꝛ motū est q dolorose sentit. ad B agē te cōplone sua: qualrcūqz nō multū gradualr tēpamētū excedat: aut ēt nō excedat: q2 non oino ꝓm quālibet ꝑtem ꝑtibus solutis similat. sic g̃ motus rei icidētis est ille qui sentit in dolore: qui tñ motus nisi iterius continuū sensi tiuum solueret non sentiret dolorose. ¶ Secūdo: hec opi nio non declarat quomō mala complexio fiens est causa doloris: ꝛ non mala cōplexio facta: qd tñ dicit Auic. 2° pri mi loco allegato. ꝛ Gal. in libro de malitia complonis di uerse. si quis tamen consideraret opinio hec est ꝓbabilis.

¶ Scda opinio est Plusq̄cōmētatoris in tegni dicentis: q mala cōplexio diuersa pōt esse imediatū obm doloris: ꝛ ēt solo ꝯtinuitatis: sed solo ꝯtinuitatis nō est obm dolo ris vt itentionalr afficiēs organum: sed vt mālr afficiēs or ganum tactus q̄ ēt ita mālr afficientē pōt tactus dolorose sentire ꝛ nō alius sensus: ꝛ reducit ad sensibile cōe: qd est numerus: ita tñ q nō nisi tactus pōt hoc sensibile vt mā liter per ipm sensus afficit sentire: ꝛ ideo lz solo ꝯtinuita tis sit cōe sensibile: q2 numerus: tñ hic modus sentiēdi est ꝓprius tactui. Istum aūt vult eē itellectū Auic. 6° nālium. pte 2ª. cap. de tactu. ¶ Et si qs hāc ꝯsideret q̄tum ad mo dum cōprehēdendi solonē ꝯtinuitatis reducit quodāmō in pmam: nisi q pma dicit motum rei resoluētis: ꝛ B nu merū partiū solutarū sentiri ab vtraqz parte: ꝛ sicut vni tas sentit priuatione diuisionis: ita solo priuatione ꝛ sepa ratione vnitatis: qd dictā hēt dubitationē. Nam nō bene videt modus quo pō vna sentit sepationē alteri⁹: ꝯsertim tanq̄ cōe sensibile: cū nullius alterius ptis nullū sensibi le ꝓprium sentiat. pma ergo istarum videtur ꝓbabilior.

¶ Tertia opio pōt colligi a Conciliatore dña 76°. ꝛ ꝯsistit in duob⁹. pmū est q oē qd dolorose sentit: sentit per quā dam iproportionalitatē ad nām organi sentiētis merito ꝯrie ꝛ mālis ꝛ subite mutatiōis: ꝛ res que est cā obiua do loris sub B rōe est tale obm: q2 est improportionata tactui mō dicto. Illud pz: q2 cū dolor sit spēs quedā sentiēdi: oia sua oba debēt in vna rōne ꝯuenire que nō est alia nisi im proportio. ¶ Scda ꝯ est: q tā mala cōplo q̄ solo ꝯtinuita tis per se pōt eē imediatū obm doloris. pz: q2 vtraqz talis pōt eē organo mō dicto iproportionata. nec est incōueniēs q sensibile vno mō approximatū ꝑcipiat ꝯfuse: ita q per sensum ꝓpria ꝛ distincta rōe: ꝓm quā eē sensibile nō cōpre hendat: vt pz de re a lōge visa: que nullo colore colorata distincte ꝑcipit. ¶ Et si qs hāc viam ꝯiungat cū his que dixi de qditate doloris: putā q sit cognitio ꝓhātasie ipse cte qua tāgibile mālr iprimēs ꝑcipit per modū discōue niētis ꝛ nō ꝑ modū calidi vel fridi ꝛc. videbit quō sustinet facillime q tā mala cōplo q̄ solo ꝯtinuitatis sit obm im mediatū doloris: q2 de illa saltē certū est q qñqz solū cōe sensibile ꝑcipit ꝑ modū discōueniētis. ꝛ si qs hū ꝯsideret opionē Dini dicētis: q solo ꝯtinui pōt eē per se ꝛ imedia ta cā doloris. s. obiua: sed tñ necio iteruenit cōplo que est mala ꝑ iproporᵐ q̄si vi l idē redire. ¶ Cōueniūt g̃ ꝛ dixi oēs iste pōnes. nā oēs iste volūt q si solo ꝯtinuitatis sen tit regrit opatio sensibilis ꝓprij qd est cōplo: ꝛ in B ꝯue niūt. ¶ Sz p°pō nō vult q sit oppertunū cōplonē eē ma lā vel iproportionatā vl dolorose ꝑcepta: q2 nimo stat eam delectabilr ꝑcipi: sicut eē stat motū ꝑcipi delectabilr cōplo ne tediose sensata: vt pz in pruritu qū scalpim⁹. ¶ Alij vo lūt cōplonē aliq̄ mō malā dici ꝑ iproporᵐ saltē ita q q̄li bet que fieret in organo ita diso esset mala. Itē aliq istoꝝ nō dicūt cōplonē ꝑ se dolorose sentiri: sed relinquūt sub du° vt Mūdin⁹. ¶ Alij vt Cōciliator ꝛ plusq̄cōᵗᵒʳ B ꝯce dūt: ꝛ in isto stat istoꝝ dña. ¶ Sz istis omissis tāq̄ pam bulis ad saluādum opionē auctoꝝ. ¶ Nōnᵘ q in hac mā Aui. sēsit ꝯ Gal. ꝛ Auer. ꝯ vtrūqz. sūt igit istoꝝ tres opio nes. quarum

nec quarā vnāquāqȝ puto pbabilē ⁊ defensabilē. ¶ Prima opinio est Gal. ſm φ iponit sibi Aui. ɔsistēs in duab° ɔclusionibus. pma est ista: cā mala cōplo q̄ꝫ solo ɔtinuitatis pōt eē effectiua cā doloris corpi itrīseca: ⁊ iter aduenticulas pncipalis: ⁊ ad hūc sensuȝ dī 2° iterioꝝ loco allegato φ pmitiue spēs doloris sūt due ⁊ illud qȯ dī in libro de malitia cōplonis diuerse. cap̄ 4°. auctoritate Yppo. Dolores nō fiunt in mēbris nisi in dispōne alteratiōis eoruȝ ⁊ corruptiōis ⁊ exitus eoꝝ a naturis suis: ⁊ vnūqȯqȝ qdem mēbrū non alteraṫ ⁊ egrediṫ a nā sua ⁊ corrūpiṫ nisi calefiat ⁊ īfrigideṫ: aut desicceṫ: aut humecteṫ: aut ei° cōtinuitas solnaṫ. silr ⁊ idē vult. iz. terapētice. cap̄ 7° cū dixit. docet aūt itelligētia q̄ est ſm nām passionē idigere esse corpori φ dȝ dolere: vel solonē cōtinuitatis vel alterationeȝ aliquā. ¶ Et φ in istis dictis nō querat cām imediatam doloris pȝ per ea que sequunṫ in eodē. iz° eodē caplo. Nā cum ibi querat causas doloris ⁊ dixerit φ est dubiū vtrū calefaciens ⁊ infrigidās faciāt dolorē soluēdo ɔtinuū sub dit. ¶ Sȝ ad presentia demū qd faciens φ calefacit fortiter ⁊ φ infrigidat vehemēter dolorē opaṫ querere nō est necessariū. siue. n. vt incidēs cōtinuitatē sube sensibiliū siue vt alterās eā repente nisi refert. ¶ Uolo igiṫ dicere φ Gal. cū loqṫ de causis doloris nō querit vtꝝ ala vel complexio nālis sit cā doloris. qꝛ hoc est certū: nec querit vtꝝ sint obiecta doloris vel nō ille cāe: sȝ querit de causis aduētitijs p quas dolor causaṫ ⁊ corpi intrinseci: ⁊ pncipib° in causando: ⁊ vult φ sūt duoꝝ modoꝝ vt dictū est. ¶ 2° ɔ quā vult Gal. est ista. nō est pōe fieri dolorē sine solone ɔtinuitatis mēbri sensibilis. hāc cōclonē p dubitādā esse voluit. iz° terapentice. loco allegato vbi dixit. Igiṫ siqdē ⁊ ipse hoc. s. vehemēter calefieri ⁊ infrigidari diuisionem quādaȝ ɔtinuitatis opaṫ. s. in dolore causando. Ampliori fortassis idiget sermone. ¶ Deinde istā ɔnē vult q̄rto de accidēti ⁊ morbo cū dixit de frigido: facit quoqȝ dolorē: qa subam ɔtundit ⁊ frangit. ¶ Itē res cōtundēs ⁊ extendens est cā pdicti nocumēti: qꝛ corp° fissure appropinquat sicut videm° p ea q̄ perforāt ⁊ incidūt. ¶ Itē dolor nō fit postq̄ꝫ mēbꝝ est incisuȝ: sed donec in ipsa passione fiūt incisiones ⁊ fissure: tñ nota φ p solonē ɔtinuitatis nō soluȝ intelligo verā separationē partis a pte: sed nimiā extēsionē ⁊ nimiā cōpressionē: p quas corp° vere solutioni appropinquat. ¶ Has auctoritates. iō recitaui vt videaṫ Aui. veridice recitasse opi. Gal. 2° pmi. caplo de causis doloris: sȝ Cōciliator dria septuagesimasexta in h̄ mirabilr Aui. vituperet dicēdo φ est recitator dissonus ⁊c̄. Sȝ salua eius reuerētia irrōnabilr cū repꝛhendit. ¶ Ex hac narratione pȝ φ siue dicam° dolorē eē q̄litatē sensibilē siue dicamus solutionē ɔtinuitatis sentiri p se siue dicamus φ nō. hec oīa nō repugnāt huic Gal. positioni: ⁊ iō labor Auerro. ad hanc positionē iprobandā est van°. ¶ Pȝ 2° φ apud Gal. tñ nō tm̄ solo ɔtinuitatis est cā doloris mō dicto: qꝛ ēt mala cōplo. sȝ ɔcurrēte solone ɔtinuitatis facta ab ea. qñqȝ ḡ talis cōplo est pncipalis cā mō dicto: qñqȝ solo ɔtinuitatis facta ab ea. ¶ Quid autē est illud qȯ sentiṫ remanet adhuc in dubio: nec est necīū medico. Itaqȝ neqȝ cām vt obiectiuā doloris nec vt imediate effectiuā: sȝ tanq̄ꝫ pncipalr iter causas corpi aduēticulas ipȝ causantē vȝ querere Gal. ⁊ tu ad h̄ videndum lege caplm. 7m. iz. terapētice. ¶ Ad rōnē ḡ Auer. solo ɔtinuitatis est sensibile cōe ⁊ tact° nō sentit p nisi caliditatē frigiditatē humiditatē ⁊ siccitatē: ⁊ p ɔñs nō dolet nisi pp fortē mutationē in aliqua istaꝝ. negaṫ arg°: sȝ i añcedēte sit ambiguitas. ¶ Rōnes aūt facit Aui. tres ɔtra Gal. ad oñdēdū φ pōt fieri dolor absq̄ꝫ solone ɔtinuitatis. pma est ista. aliqs dolor est similiū ptiū. i. aliqs dolor ē vniformiter occupās certā corpis ptē: sȝ solo ɔtinuitatis nō est siliū ptiū. i. vniformiter occupās oēs ptes mēbri dolētis. nā tūc ɔtinuū esset diuisuȝ in oīa possibilia diuidi. ḡ dolor est in pte vbi nō est ɔtinuitatis solo: ⁊ vltra ē in pte nō soluta. igiṫ nō est ibi pp cōtinuitatis solonē: sȝ pp malitiā cōplonis. maiorē supponit p p se nō. ¶ Sȝ hic rñdere possum° φ dolor etsi videaṫ siliuȝ ptiū ⁊ vniformis h̄ nō ē nisi i extēsiōe mēbri fortassis. Sȝ tñ ɔcediṫ dolorē eē i pte nō soluta: solo. n. ɔtinuitatis ⁊ soluēs ɔtinuū: vt sic facit dolorē in pte soluta nō indiuisibilr. sȝ in certa pte siue dolorē ponam° sensationē siue passionē imaginatiue siue passionē appetitus siue qualitatem sensibilē. nā vt sic diuidēs per suā q̄litatem pōt istas tres facere sine aliq̄ mala cōplone ipressa. imo solū bonā ipimēdo cōplonē vt posito φ mēbrū pus eēt herisipilatū. ⁊ cū ferro incidaṫ. ¶ Nec valet qȯ dicit Gentilis vnāquāqȝ cōplonē illi mēbro occurrentē eē malā: qꝛ improportionataȝ vel iproportionate occurrentē: certū est eniȝ φ curando malū vulnus vel vlcus in loco existēs. primo opȝ malā cōplonē calidā remouere si est: ⁊ itroducere bonā vt dī q̄rta q̄rti. ¶ 2a rō Aui. est ista si friditas faceret dolorē cōprimēdo: tūc nō faceret doloreȝ vlr vbi infrigidat: sȝ maxime vbi stringit. mō h̄ vȝ falsuȝ: qꝛ totū mēbꝝ infrigidatū dolet: ⁊ maxie in medio vbi minus ɔstringit: vt pȝ de illo qui infrigidatas man° approximat igni: ⁊ dolet in radicibus vnguiū. vt dicit Gal. iz. terapentice. loco supra allegato. ¶ Hic rñdetur φ frigidū nō facit dolorē vlr vbi infrigidat: sȝ vbi cōprimit aut soluit ɔtinuū: ⁊ in exemplo illo maxie circa radices illas est cōpressio. ¶ 3a rō est ista dolor nō est nisi ɔriū ipressorez ⁊ subitū inq̄ꝫtū est ɔriū sentire: sȝ ipmēs subito malā cōplonē est ɔrius impressor. ḡ sensus eius sine solone ɔtinuitatis est dolor. ¶ Ad h̄ dī negādo φ p modū ɔrij impressoris percipiaṫ mala cōplo q̄ꝫtūcūqȝ velociter fiēs ad sensum añtis: aut negādo añs: vt pȝ ex dato exēplo nisi ibi ɔcurrat ɔtinuitatis solo: sȝ bñ ɔcipiṫ p modū disconuenientis. nō tñ dolorose. nemo. n. dicit φ cū aq̄ frigida ɔfundiṫ dolet: sȝ eā discōuenienter sentiat. ¶ Aduerte tñ φ ſm Gal. nō solum solo ɔtinuitatis est cā doloris. sed extēsio ⁊ cōpressio per quas corp° sensitiuū appropinquat soloni ɔtinuitatis est cā doloris: ⁊ qa illa extēsio est aliq̄ñ eq̄lis vel saltē per totū mēbrū. iō ɔtigit p totū eē dolorē: ⁊ φ h̄ velit Gal. pȝ ex q̄rto de accidenti. cap̄ de accidētibus sensus tactus. dicit. n. itē res ɔtendēs ⁊ extēdens est causa pdicti nocumenti. s. doloris: qa corpus fissure appropinquat: ⁊ ex hoc multa solui possunt vt pȝ: ex qb° pȝ pbabilitas opinionis Gal.

¶ Nūc v̄o venio ad opi. Aui. que ɔsistit in qbusdā suppōnib° ⁊ vna ɔclone. ¶ Prima suppō φ oīs tristis sensatio tactiua rei ɔrie subito ⁊ mālr ipimētis inq̄ꝫtuȝ hȯ est dolor: ⁊ φ ista sit doloris diffinitio. pȝ p plura dicta doctoꝝ. ¶ Suppō 2° cā soluēs ɔtinuū sine ipressione male cōplonis. q̄ꝫ ipmēs cōplonē malā est ɔriū subito ⁊ mālr ipimēs: est. n. ɔriū inq̄ꝫtū mēbri corruptiuū: ⁊ illoꝝ impsio est mālis esto φ soluēs nullā q̄litatē mālr imp̄meret: qa motu locali mālr trāsmutaṫ organū tact° nō tm̄ itētionalirer. ¶ 3° suppō solo ɔtinuitatis sine mala cōplone dicta pōt eē doloris cā: pȝ qa stat solui mēbꝝ nālissime dispositū nullā imprimēdo q̄litatē mālē: ⁊ p tūc fit dolor: vt pȝ experiētia: ⁊ φ statiȝ cessante solone cessat dolor. sȝ mala cōplexio nō subito cessaret si fcā fuisset: imo forte augereṫ. ¶ Tūc poniṫ ɔ. φ cā mala cōplo diuersa sine solutione cōtinuitatis: q̄ꝫ solo cōtinuitatis sine mala cōplone diuersa: pōt esse p se cā doloris. pbaṫ. qa vtraqȝ istarū pōt esse cā tristis tactiue sensationis rei ɔrie: tanq̄ꝫ ɔrie ⁊ subito mālirer ipimētis. ⁊ h̄ añs in solone cōtinuitatis vȝ sibi notū per sensuȝ: queādmodū ⁊ Gal. nō pbat nisi de mala complexione fiēte: ⁊ h̄ pbare nititur p tres rōnes supra ɔtra Gal. adductas. vide per te q̄ꝫo añs solo ɔtinuitatis per se

dolorose sentit: aut lz nō sentiat sic tñ per se cā q̄re cōplo soluētis ꝯtinuū nō ip̄rimētis aliquā malā cōplonē sentiatur nō declarat: sufficit .n. Aui. q̄ sit dispō intrinseca adueniētia p̄ncipalr ꝛ p se faciēs ad h: vt sit dolor in mēbro: q̄a sine illa cōplo soluētis ꝯtinuū nō dolorose sentiret: ꝛ istā opinionē ego nescirē penitus iprobare. naz ex narratis in p̄mis opinionib⁹ doctoꝝ pz quō saluari pōt: q̄cq̄d dicam⁹ de cā obiectiua doloris p̄ncipali: ꝛ que per illū percipitur. Tu autem hanc opionē integre vide scōa primi. capitulo de causis doloris absolute.

¶ Sz opio Auer. ꝯsistit in his cōplonib⁹. p̄ᵃ nulla solo cōtinuitatis est p se cā doloris. pbat: q̄ nullo sensu accidit p se dolor nisi pp excessuz in sensibili ꝑprio illi⁹ sensus. vt pz in gustu i q̄ dolor ē pp saporē excedētē: ꝛ odoratu pp odorē excedētē: ꝛ visu pp colorē: ꝛ auditu pp sonū: sz solo cōtinuitatis nō ē ꝑpriū sensibile tact⁹. g̃ dolor nō accidit p se pp solonē ꝯtinuitatis. ꝯña vō ꝛ minor pz. q̄a vt dicē declaratū ē q̄ ꝑpria sensibilia tact⁹ sunt p̄ caliditas ꝛ friditas. ¶ 2ᵃ ꝯ. cuiusl3 doloris p se cā est mala complo. q̄a cuiusl3 doloris p se cā est aliq̄d obm ꝑprie ꝛ p se tāgibile: tale aūt in tactu est solū mala cōplo. g̃ ꝛc. ¶ 3ᵃ ꝯ. solo ꝯtinuitatis qñq3 p accñs est cā doloris. pbat: q̄a qñq3 est cā male cōplexionis faciētis dolorē. ¶ Ex q̄bus infert q̄ nec solum cōtinuitatis solo est cā doloris: vt dicit Gal. nec due res sigillatim sunt cā doloris. s. solo cōtinuitatis ꝛ mala cōplo: vt dicit Aui. quē ibi vocauit errantē: ꝛ ista sñia tota colligitur ab eo scōo colliget. cap̄ de accidētib⁹ sensus tactus.

¶ Ego aūt existimo Gal. nō curasse. vtꝝ in dolore sentiat mala cōplo vel solō ꝯtinuitatis vel cōplo extrinseci incidētis. Sz voluit q̄ q̄cq̄d ē illud qō dolore ꝑcipit: nō ꝑcipit ipso dolore sub ꝑpria rōne. ita q̄ sensu cognoscat merito doloris tanq̄ calm vel frigidū vel motū vel q̄escens vel magnū vel pa͡uū. sed apphēdit cō fuse: ꝛ h notat experientia. nā lz in applicatione ignis ad manū ꝑcipiam⁹ calorē ꝛ doleam⁹: aliud tñ est ꝑceptio p modū calidi aliud dolor: ꝛ q̄a sensus tact⁹ dz obta sua distincte ꝑcipere. iō dicimus oēm dolorē eē actionē corruptaz: ꝛ nō ꝑcipi obm p ipm q̄le est sub forma tagibilis ꝑcipiendi a tactu. huī⁹ aūt corruptionis ogōnis cā est solo cōtinuitatis: aut extensio vel cōpressio mēbri: per quā soloni appropinquat siue ponat eā sentire siue nō directe: sicut raritas texture est causa corruptiōis cibi in stomacho: ꝛ vuln⁹ cā saniei: ꝛ diuisio nerui est cā imobilitatis mēbri: lz forte talia positiue non causent. Sz q̄a p ea ꝑuat ꝛ tollit ꝑñtia debiti modi regsti in mēbro ad ꝑfectionē ogōnū directe: sicut nauis perit p absentiā naute: positiue āt causans dolorē causat p accñs sicut oīa mediāte cōplone: ꝛ obz tāgibile q̄dcūq3 fuerit siue p modū cōis sensibilis ꝑceptū siue p modū ꝑprij. nullū enī3 est tāgibile p se vt sit doloris causatiuū: vt pz cū oīa talia sub rōne ꝑpa debite sine dolore ꝑcipiant. ¶ Si cōsideres motū numerū cōplonē gerē ꝛ alia. ¶ Et hic modus si respicis aliter dicit quō dolor sit actio lesa q̄ ꝑcedētes modi ꝑus positi: ꝛ tu illā ꝯsidera. nā ex eo appet q̄ nō opz dolorē fieri in tactu p ꝑprij tāgibilis excellētiam: ꝛ si displicētia fieret in alijs sensib⁹ ꝛ tactu: h mō displicētia: sz nō est dolor: ꝛ dolor h mō sumpt⁹ est tactu ꝑpri⁹ vt pz ex Gal. ꝛ oīb⁹ medicis: ꝛ hec sufficiāt. sed in h tene mēte.

In ista igitur q̄one nolo me ponere iter tales doctores iudicē. sed sequendo viam Gal. soluā argumēta p̄ncipalia. Ad ea g̃ videt notādo: q̄ iuxta hāc viā: nec opz dicere obm doloris esse solonem cōtinuitatis: nec ēt cogimur dicere q̄ sit mala cōplo: q̄cq̄d enī3 sit illud qō dolorose sentitur solutio cōtinuitatis est causa quare dolorose sentitur: sicut enī3 epar supercalefactum preternaturalr grauat cholerā multotiens adustā: ꝛ qñq3 aquositatē3: ita q̄ eius preternālis caliditas est cā quare hoc mō corrūpit actio epatis in obm virtutis digestiue sue: ēt si chilus esset bon⁹: ꝛ sicut dicimus q̄ vapores grossi in albugineo sunt imediata cā imaginationū: non obstat q̄ tales visiones corrupte fiāt ab aīa: ꝛ ꝑñtia sanguinis facit somnia reꝝ rubeaꝝ: nō obstante q̄ talis sanguis sit obm illoꝝ somnioꝝ. ita ꝑportionabilr modo suo solutio cōtinuitatis est cā immediata doloris. Notandū ēt scōo q̄ nō solū actualē separationē ꝑtium vocat Gal. solutionē continuitatis: sz extēsionē ꝛ cōpressionē: p quas mēbrū fissure appropinquat. ¶ Tūc g̃ ad p̄mū argumentū negatur assumptuz. ꝛ dz q̄ in extensione dicta est solo cōtinuitatis: vt hic loquimur. ¶ Ad 2ᵐ argumentuz pōt negari q̄ sit vlr sensatio ꝯrij: nec a Gal. hoc dz: sz dz q̄ dolor est sensus tristis: vel supposito q̄ ois dolor sit sensus cōtrarij ad hūc intellectū q̄ est sensatio rei iproportionate occurrentis: nō opz ecōtra oēm sensum rei iproportionate occurrētis esse dolorē: sicut multotiens ꝛ caliditatē3 ꝛ frigiditatē tēꝑamētū excedētes sentim⁹ sine dolore: sed opz esse sensuz cū forti ꝛ māli imutatiōe mēbri: que adeo sit fortis vt mēbrū inde soluat: nō dico q̄ illa materialr inuitatio sentiatur. nec hoc nego. q̄a positio Gal. non me stringit. sensus g̃ tactus rei fortiter iprimētis cōiunct⁹ cū actu soluendi cōtinuū est dolor: ꝛ hoc notat experiētia: nā si mēbꝝ sit vehemēter calm ꝛ vulneratū: frigida fortiter iprimētia que ad temꝑamētū ducerēt faciant dolorē. concedamus g̃ q̄ stat aliquē esse dolorē quo nō percipit solo cōtinuitatis: sed nō stat esse dolorē cuius nō sit cā solo cōtinuitatis. ¶ Ad 3ᵐ dz q̄ nō repugnat huic positioni q̄ illud qō dolorose sentit mere spūaliter impa͡mit: sed eius sensatio nō esset dolor nisi soloni cōtinuitatis ꝛ impressioni māli ꝯiungeret. ¶ Ad 2ᵐ argumētū p̄ncipale negatur ista ꝯñtia. solutio cōtinuitatis nō est imediatū obm doloris. g̃ nō est imediate cā mō supradicto: lz aliū negari possit: vt pz in suppōne p̄ma. ¶ Ad 3ᵐ arg⁹ negat ꝯñtia. q̄a sigure ꝛ situs ꝑmutatio plerūq3 sunt pp ꝯtinui solonē: ꝛ iō sufficit dolorē sequi solutionē ꝯtinuitatis. ¶ Ad 4ᵐ arg⁹ pōt cōsequens concedi: nec due sensationes fiant ab vno simplici obiecto eque p se ꝛ p̄mo: que sint i spe distincte. nā caliditas p se est factiua sensationis que ꝑcipit per modū caliditatis: accidit aūt q̄ percipit p dolorē pp cōtinuitatis solutionem mēbrū sensus indisponentem.

¶ Et ego video multas alias difficultates hincinde: faciles tñ ad soluēdū ex dictis. sed iste p nūc sufficiāt. Tu tñ attēde q̄ ad has rñsiones nō artat Gal. positio. naz posset dici q̄ dolor est sensatio solonis cōtinuitatis: lz solo illa sine tangibili ꝑprio ꝑcipi nō possit: aut q̄ ois dolor sensus cōplonis vel alterius dispōnis in soluente continuū3 que dolorose percipit p quāto soloni cōiungit: ꝛ sic pz multas doloris diffinitiones saluari posse.

Preter predicta cadit ēt circa lrāz dubiū. vtꝝ tā3 mala cōplexio humida q̄ mala cōplo sicca possit esse cā doloris. nā in hac mā nostri doctores antiq̄ diuersimode sentire videntur. Gal. enī3 in libello de malitia complonis diuerse. caplo 4°. narrando causas doloris dixit. in malitia aūt cōplonis diuerse accidit supple dolor ꝑpterea q̄ mēbꝝ calefit aut infrigidat ꝑprie: ꝛ illud iō qm̄ he due qualitates fortioris sūt operationis: q̄ alie q̄litates: sz iam fit illud. s. dolor. ꝑpterea q̄ mēbꝝ desiccat aut humectat i fame ꝛ siti. Itaq3 vz Gal. velle q̄ mala cōplo humida facit dolorē: ꝛ hoc idē innuit hic cū narrat ea a q̄bus corpus alteratur: ꝛ scōo regiminis acutoꝝ cōmento p̄. ¶ Idem vult Auer. 4° colliget. caplo de signis ꝑticulariū morboꝝ cerebri cū dixit. Sed humida ꝛ sicca. s. cōplo dolorē3 non efficit nisi paꝝ: ꝛ quādo est sola humiditas: tunc sola grauitas sentit: ꝛ sic innuit Auer. dolorem fieri ab humiditate: lz parum. sed Auicen. scōo

primi.cap̄ de causis doloris.calm essentialr: ꝛ frigidū eēn tialr: ꝛ siccū accidētalr: ꝛ humidū dolorez nullo mō facit. ¶ Et Mesue de simplicib⁹.caplo de psilio.pp qd non inuenimus humidaz esse cām doloris inq̄tum humidum. ¶ Et iz° terapētice.cap̄ 7°:nō noiat nisi calidum ꝛ frigidū Gal. ꝛ in 4° de accidēti ꝛ morbo. ¶ Et iō in ista q̄one dicūt q̄dā cōplonē humidā eē cāz parui doloris: vt Auer. innuit: ꝛ qd ab Aui. dr̄ ꝛ aliꝫ negātib⁹ itelligūt de dolore magno curā ad se vertente. Et addens sup hoc passu hanc vel seq opinionē ꝛ Plusq̄cōmentator expressius. ¶ Aliꝫ dicūt cōplonē humidā p quāto ab extrinseco humido: vt sic pendet in fieri nō esse cāz doloris: q2 vt sic nō pōt multū celeriter acquiri. Sed dicunt nō repugnare ab aliq̄ cā virtualr humectatiua causari dolorē: q2 ab illa stat humiditatē multū celeriter introduci. ¶ Sed sequēdo viam Gal. in pcedenti q̄one defensam pꝫ q2 humidū nullo mō vt sic soluit ꝯtinuū: ꝛ dolor nō est sine solone ꝯtinuitatis. iō humidū vt sic: nullo mō dolorē causat: ꝛ est istud vnuz nō mediocre arg⁹ ad Gal. positionē ꝯfirmādā: cū videamus experientia cognitū q̄ illa alteratio ad quā vt sic non seq̄r mediate ꝯtinuitatis solō nullo mō dolorez cāre possit: cū tñ ꝛ velox ꝛ corruptiua eē possit. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Soluitur igitur cōtinuitas incisione ꝛ comestione. i. corrosione ꝛ fractura ꝛ tensione.

¶ Positis causis doloris in duob⁹ gnibus: nūc vtrūq3 illorū diuidit. ꝛ p̄ solutionē ꝯtinuitatis. z° alterationē. ibi z° [Alteratur vo substātia.] De p̄ma dicit q̄ ꝯtinuitas soluitur: aut incisione: aut corrosione: aut fractura: aut distēsione. ¶ Ubi p̄mo notandū vt dictū est supra non oportere in oī solutiōe ꝯtinuitatis fieri separationem vnius partis ab alia cui ꝯtinuabatur: sed q̄nq3 sufficit partes distendi ꝛ nō separi: ꝛ hoc mō distēsio est vnus modus solonis ꝯtinuitatis p quē mēbꝝ fissure appropinquat: vt dr̄ 4° de accidēti. ¶ Ex quo pꝫ modus sufficiētie diuisionis: naz aut est solō p quā vere sepaꝛ pars a pte: ꝛ est incisio si est magna in mēbro molli ꝛ fractura si est in membro duro: ꝛ est corrosio: si est parua in molli mēbro: aut nō vere sepaꝛ ps a pte: ꝛ est extēsio. verūtñ puto Gal. ista q̄tuor nō posuisse hic tāquā vlr cōprehēdētia oēm modū solonis ꝯtinuitatis: sed p exēplis: q̄ multis cōtingit solui ꝯtinuū. ¶ Nota z° q̄ manerieꝫ diuerse solonis ꝯtinuitatis enumerate ab Aui. z° primi doctrina p̄ma. ad istas q̄tuor mō preposito collectas reduci possunt. ¶ Ex quo pꝫ q̄ incisio nō sumiꝛ ab Aui. ibi sicut hic a Gal. sumiꝛ.n. ibi a ppriet̄ate p solone diuidēte neruū s̄m latitudinē. ¶ Sed tunc est difficultas. p̄ad qd istoꝝ q̄tuor reduciꝛ cōtusio. dr̄ q̄ est cōposita ex multis corrosionib⁹: q2 paruis solonibus in mēbro molli. ¶ z° queriꝛ ad qd genus reduciꝛ dislocatio ꝛ separatio ossis a panniculo ip̄m imediate tegente. ¶ Hic puto dicendū q̄ Aui. ibi largius sumpsit cōtinuitatem q̄ hic Gal. Nā ibi ad nascentiam ꝛ contiguitatez vocauit cōtinuitatem: ꝛ in illis est lapsus per dislocationez ꝛ separationem de quibus hic nō dixit Gal.

¶ Alteratur vo substātia caliditate: frigiditate: siccitate ꝛ humiditate.

¶ Hic subdiuidit modos alterationū dicēs subā mēbroꝝ alteraꝛ aut caliditate aut frigiditate aut humiditate aut siccitate. ¶ Nota igiꝛ q̄ lz ad colorē ꝛ saporem: ꝛ multas alias q̄litates fit alteratio: istas Gal. nō noīauit: aut q2 ad illas nō alteratur corpus sine alteratione ad aliquā p̄marum q̄litatū quas noīat: aut q2 alteratio per quā formalr ille qualitates acquirunꝛ: nō est cā doloris: ꝛ iō proposito nō pertinebat. ¶ Nota z° iuxta dicētes q̄ humiditas nullo mō est cā doloris q̄ hic nō narrauit istos modos alterationū: quasi velit q̄ per vnūquēq3 istoꝝ possit fieri dolor sed q̄ isti sunt oēs modi alterationū ad p̄mas q̄litates tāgibiles in q̄bus pculdubio ꝯtineꝛ illi q̄ sunt doloꝝ cāe. Si vo vellemus dicere humiditatē eē cām doloris: pꝫ q̄ hic textus illud ꝯfirmare videꝛ ꝛc̄. XXXIII.

Nocetur aūt ꝛ opatio: aut leuiter: aut mediocriter: aut oino non fit.

¶ Subdiuidit mō genus tertiū signorum significantiū sup egritudinē mēbroꝝ occultorum. s. lesionē opationū: ꝛ intēdit q̄ oē operationis nocumentuz cōprehendiꝛ sub aliquo istoꝝ trium modoꝝ. s. q2 aut est lesio leuis: aut mediocris: aut ablatio est totalis opōnis: q2 oīno opō nō fit. ¶ Circa quā prez p̄notē q̄ lz a Gal. hic. ꝛ p̄mo ꝛ tertio de accidenti: ꝛ ab Aui. z° p̄mi. ꝛ q̄si oībus medicine doctorib⁹ sit dictū ledi opōnes: tñ hoc nō est ppriū dictū. nā vtus mēbri est que leditur: aut mēbꝝ ne debite operetꝛ. q2.n. dubitat cū actio est ablata q̄ ipsa nō est. ꝛ p ꝯn̄s q̄ pprie loquēdo nō est lesa: sed vtus vel hō est ita lesus: vt nō opetur debite. Et iō q̄n istas ppōnes ꝯcedim⁹ ad mētē doctoꝝ intelligēde sunt. vt dixi actio est ablata vel lesa. ablate. i. hō est lesus: ita vt ablata sit ab eo opatio. ¶ Nota z° iuxta modū loquendi medicoꝝ hinc sumptos esse tres gnāles modos lesionuz: q2 in opōne ꝯsiderant esse ꝛ quātitatē ꝛ formā vel spēm ppriā que tria quāuis sint q̄nq3 idē in opōne: tñ s̄m rōnē differūt: ꝛ ꝯtingit opōnē s̄m vnū illoꝝ modoꝝ recedere a nāli: nō recedēdo sub alia rōne. iō tres manerieꝫ lesionū opationū in genere posuerūt: nō posuerūt aūt plures s̄m q̄sdā: nō q2 nō sint aliꝫ modi: vt paulo post dicā: sed q2 isti soli respectu quarūlibet spēꝝ opōnū pñt inueniri: aliꝫ tñ lesionū modi: nō in oībus opōnū spēbus inueniri pñt: vt dicūt. vbi grā. aliq̄ opatio p eius nimiā intensionē ledi pōt: ꝛ erit in quātitate lesio: ꝛ nō diminute lediꝛ: nec ablate nec corrupte. vt est appetitus cibi nimis intensus nō tñ ad hoc veniens vt sit caninus. ¶ Itē aliq̄ operatio in gradu illis tēpate ꝛ nō pmutata in spē est lesa. ꝛ nō corrupte vt dr̄: nec ablate: nec tamen intense: nec diminute leditur sed pp indebitā dependētiā a virtute dr̄ lesa: sicut si quis caninum appetitum iciderit pp frigus humoris in stomacho cōtēti ꝛ intendaꝛ hꝫ frigus ita q̄ tandem appetitus fiat remissus respectu temperamēti. oīs enim imoderata discrasia deijcit actū pprie virtutis. ¶ Et sequiꝛ q̄ aliq̄ appetit⁹ in gradu erit illis tempato: ꝛ tñ erit p tūc lesus: q2 a re preter naturam dependens: pꝫ ḡ istis exemplis q̄ alio mō a tribus dictis cōtingit ledi opationē. ¶ Qz aūt isti duo modi aliꝫ predictis nō sint cōmunes oībus opationū specieb⁹. pꝫ q2 multe sunt que pp eaꝝ intensionem nō possunt ledi vt visus. q2 iuxta mentem Auic. z° tertiꝫ acutissima est in tēpato: nec oēs per indebitā depēdētiā: vt pꝫ ledi possunt. sed oēs s̄m spēm corrupte ꝛ diminute ꝛ ablate ledi possunt. ¶ Iuxta ergo istoꝝ mentem concedendum est. p̄mo q̄ stat operationem ledi que nec lediꝛ diminute: nec ablate nec corrupte. sed aut pp intentionez sui: aut pp indebitā dependentiā. ¶ Scdo dōm est q̄ q2 isti duo modi lesionum nō possunt in omnibus operationū speciebus accidere. ideo Gal. eos non posuit: quia solū voluit modos generales ponere: tres autez modi lesionū quos Gal. narrat. isti non omnibus generibus operationū inueniri possunt. vt discurrendo patet.

¶ Mihi vo hec determinatio non placet: quia saltē iuxta modū huius vie in qualibet spē operationū potest accidere lesio pter indebitam dependentiam ꝛc̄. Sed videtur q̄ operatio in modo ꝛ gradu similis temperate nō obstāte q̄ ad illam causandam concurrat res pter naturam possit dici non lesa: nec vt sic accidens morbi. nam aliquādo quādo vnū membrum est egruz oēs eius operationes

diceremus lesas hec modo lesionis:qđ cõmuniter cõcedi tur a Gal.sexto de accidenti ⁊ morbo.⁊ patet ꝯsequentia. quia pendet a morbo.ergo erunt lese ꝓpter indebitam de pendentiaȝ:aut sunt lese:non tamen possunt nobis esse si gnũ lapsus:⁊ quia solum de illis que possunt nobis lapsuȝ significare loquitur hic Gal.ideo illum modum lesionis Gal.dimisit.❡ Uidetur mihi scđo ꝙ omnem recessum a mensura magnitudinis:aut intensionis aut durationis a mediocritate recedentem in operatione vocat diminutio nem:corruptionem:aut ablationem.nam vocat auctaȝ di minutionem:⁊ ideo omnis intensa operatio dicitur dimi nute lesa:nõ aũt corrupta:nec sic dicit̄ ablata.❡ Quare auteȝ aliqua operatio sit corrupta:⁊ ex toto genere preter naturã dicã infra.❡ Tertio nota.ꝙ lȝ cõtingat aliquãdo corruptaȝ operatiõnẽ aliqua diminuta esse minus malã: tñ vt quidã volunt diminuta operatio:vtplurimũ minus est mala q̃ corrupta:⁊ ita vtplurimũ corrupta est minus mala q̃ ablata per viã signi.iđ Gal.dixit ꝙ opđ aut ledit̄ leuiter:per hoc dans intelligi nocumentũ diminutionis: aut mediocriter per hoc dans intelligi nocumentum cor ruptionis:aut oĩno nõ fit:⁊ per hoc dans intelligi opõnis ablationẽ.❡ Diminutio ḡ posita est sufficiens ad illas le siones que vt sic esse possunt signũ pternãlis dispõnis.nã augmẽtata di diminuta ⁊ lesa ꝓpter improportioneȝ vel indebitam dependentiã:in gradu ⁊ mõ similis tẽperate. nõ opȝ ꝙ sit vt sic signum preternaturalis dispositionis. ❡ Et dico notanter vt sic ꝓpterea ꝙ stat ipsaȝ in cõpara tione ad circunstantias quasdam esse auctaȝ vel diminu tã ⁊ hoc modo significare.❡ Nota 4°.ꝙ nocumentũ di minutionis ⁊ ablationis plurimũ sequit̄ frigiditatis com plexioneȝ vbi a cõplone mẽbri ꝓcedat:sed corruptio ple rũq; sequit̄ caliditatẽ:vt p̃ma tertij.cap̄ de significationi bus vĩbus operationuȝ cerebri.⁊ cap.illo has opõnes in greditur lesio.qđ imediate sequit̄.aliqñ tñ corruptio seq tur frigiditateȝ vt acetosi flegmatis in stomacho:⁊ aquo sitatis in epate gnãtio.❡ Iteȝ diminutio operationũ(lȝ raro)qñq; tamen caliditatis augmentũ sequit̄.p̃mo cuȝ ꝑꝑ nimiã caliditatis intensionẽ virtutis actio deijciatur. scđo vt somni diminutio.vt sumitur primo canonis fen secũda.doctrina tertia.capitulo tertio.⁊ pro parte prima tertij loco allegato. XXXIIII.

Quecunq̃ vͦo egrediuntur:hec quidẽ vt particule eoruȝ que patiuntur: hec vͦo vt in ipsius ꝯtenta s̄ȝ nãm. XXXV.

Et ostensionem propriam vnũquod q; faciet.

❡ Hic subdit q̃rtũ genus signoruȝ egritudi nũ mẽbroꝝ occultoꝝ:⁊ sunt ea que egerunt̄.i. a corpore expellunt̄.⁊ s̄m nostrã lr̃am noue translationis dicit ꝙ ea que egerunt̄ aut sũt particule mẽbroꝝ:aut sũt reo ꝯtente in eo mẽbro.Exẽplũ primi:sicut intestinorum cortices q in dissinteria pellunt̄.Exẽplũ scđi.sicut egestio vel vrina.❡ Et nõ ꝙ trãslatio nostra nõ hȝ nisi duo mẽ bra.⁊ iđ hoc mõ placet:⁊ recte Plusq̃cõmẽtatori ꝙ iy s̄ȝ naturã qđ ponit̄ in fine littere p̄sentis cõmẽtationis s̄m Hali.nõ construatur cum precedente parte.nam tunc sen sus diuisionis esset ꝙ egestioꝝ quoddã esset pars membri quoddã contentũ naturaliter in mẽbro ⁊ dimitterent̄ ea que in mẽbro p̄ter nãm cõtinent̄ vt sanies ⁊ lapis:⁊ silia. ⁊ iđ diuisio esset insufficiens:sed dȝ cõstrui cũ sequẽti pte ita ꝙ dicat ⁊ vnũqđq; istorũ s̄m suam naturam faciet ꝓ p̃riã ostẽsionẽ.nã aliud significatur per partem expulsam: aliud per humorẽ vel superfluitatẽ.❡ Antiqua vͦo trãsla tio hȝ trimembrẽ diuisionem vt dicat ꝙ reruȝ egredien tium a corpore:quedaȝ sunt partes membroꝝ:quedam su perfluitates:quedã vͦo res s̄m nãm contente in membris. ⁊ hoc modo ly s̄m naturã cõuenienter construit̄ cum pte ista.Et s̄m hunc modũ nota ꝙ contentoꝝ in membris aliđ qđ est naturaliter ibi contentuȝ:vt sanguis in venis:⁊ due humiditates in alijs mẽbris:aliquid aũt est preternatura liter contentum:vt sanies ⁊ lapis:nũc in ista littera per su perfluitatem intelligitur tñ illud qđ preternãliter in mẽ bro continetur.per res aũt cõprehensas in mẽbris s̄m na turam intelligunt̄ superfluitates naturales:vt feces ⁊ vri na ⁊ similes.❡ Note 2° ꝙ cũ pars membri pellitur a cor pore significatur egritudo in mẽbro cuius erat pars:vt si cortices intestinoꝝ egrediantur significatur egritudo in intestinis.Si vͦo anuli canne pulmonis aut rasura vesice significatur in pulmone:aut vesica esse egritudo.cum vͦo res preternaturam aut s̄m naturam cõtenta in membro expellitur multotiens ẽt egritudo in tali mẽbro significa tur:sed diuersimode s̄m illoꝝ diuersitatem : ⁊ diuersitas modoꝝ exitus ⁊ locoꝝ colligenda est latius scđa p̃mi.do ctrina tertia.⁊ caplo p̃mo.⁊ ideo dixit ꝙ vnũqđq; talium facit ostensionẽ ꝓpriam:qa alio modo:⁊ multotiẽs aliud significat vnum q̃ reliquũ:lȝ qñq; etiam contingat ꝙ si gnificant idem vt exitus saniei ⁊ corticũ iñtestinoꝝ.ambo enim vlcus intestinoꝝ significant. XXXVI.

Dictum est auteȝ de huiꝰ omnibus am plius in patientium locorum negocio nullo hoc in arteȝ prius redigente:aut perfecte assignante : quemadmodum igitur aliud nihil eoruȝ que incipiunt perfecerũt veteres. XXXVII.

Egrotantiuȝ quidem corpoꝝ ex illo ne gocio discere opȝ cognitiones:egrota tiuorum vͦo ⁊ sanandorum ex presen ti sunt facultate.

❡ Nũc vt superius in diuidẽdo dixi excusat simul se:⁊ ex tollit nos ad librũ de interioribus remittẽdo.⁊ pȝ subdẽs ꝙ ex illo negocio.i.libro interioꝝ.opȝ querere signa egro tantiũ:sed ex p̄senti facultate.i.sed in p̄senti libro p̄cipue quo ad ptẽ que sequit̄ dicent̄ signa egrotatiuoꝝ ⁊ sanan doꝝ.i.neutroꝝ tam decidẽtie q̃ cõualescẽtie vel corpoꝝ: vt sunt habitura sanitatẽ:vel habitura egritudinẽ quam nondũ habẽt:sed ad illam habẽt p̄parationẽ ꝓpinquaȝ.⁊ ita cõtinuauit dicta dicendis. XXXVIII.

Ea quidem que sunt signa egrotatiuo rum in medio s̄m formam eoruȝ sunt que sanis ⁊ egrotantibus accidũt:s̄m naturam quidem omnia sanis insunt: preter nãm vͦo egrotantibus inquantũ egrotãt.

❡ Positis signis sanoꝝ semꝑ ⁊ sanoꝝ multũ.⁊ egri simpli citer ex qbꝰ signa neutroꝝ simplr erant manifesta:⁊ posi tis signis egroruȝ:nũc restabat ponere signa neutroꝝ vt nũc:que hic ponuntur:⁊ hoc s̄m Plusq̃cõmentatoris in troductionẽ.⁊ diuiditur presens capitm in duas ptes.p̃mo enim quedã gnãlia ponit.scđo spãliter ponit signa future egritudinis vel sanitatis:⁊ sic neutroꝝ decidentie:vel cõ ualescẽtie.ibi 2° [Future vͦo egritudinis.] Prima i duas. primo facit qđ dictum est.scđo infert vnum correlarium. ibi 2° [Hac igit̄ rõne.] Prima in duas.p̃mo docet genera lia signa future egritudinis.secũdo future sanitatis.ibi 2° [Scđm vͦo eandem rõnem.] Primo in tres.nã p̃mo po nit vnuȝ cõe oĩbus illis signis.scđo vnam distinctionem

cor. 3° ꝯcludit quedā correlaria. ibi 2° [In medio vo bis.] ibi 3° [Et pp hoc ēt.] In p̄ma parte vult hāc ꝯnē. signa corpoꝝ neutroꝝ que sunt parata egrotare sunt in medio iter signa sanoꝝ: ⁊ iter signa actualr egroꝝ ƒm quandā denominationē formalē. p̄batur. q̄ꝫ oīa signa que insunt sanis inquantū sunt sana sunt ƒm nām supple absolute. ⁊ oīa q̄ insunt egris inquātū egrotāt sunt preter nām: sed illa que insunt corporibus nondū egrotātib⁹. sed paratis in morbū cadere: vt sic nō sunt absolute nālia: cū tunc nō significarent futuꝝ morbū: nec absolute p̄ter nām intātū. s. inquātū signa egroꝝ. ḡ erunt hec talia quodāmō in medio: vel iuxta Plus̄q̄cōmētatorē sunt in medio s̄ʒ formā quo ad denominationē sani vel egri: q̄ꝛ hec signa future egritudinis vt futurā distinguit̄ ꝯ p̄sens dicunt̄ neutra: p̄ quanto p̄sentē ostēdūt dispōnē. ⁊ iō media p̄ abnegationē vtriusq̄ꝫ denoīationis sanoꝝ ⁊ egroꝝ. ¶ Nota tñ hic q̄ʒ poſſe est sanis aliqd p̄ter nām inesse ⁊ egris aliqd ƒm nām. Exemplū p̄mi: vt sanus q̄ tñ h̄ʒ paruā pustulā in digito. Exēplū scdi: vt in egris apparent signa future salutis: sed nec p̄ter nālia insunt sanis inquātū sani sunt: nec nālia egris: vt sic: ⁊ iō dcīs reduplicatiue aut specificatiue itelligat̄ ēt respectu sanoꝝ. l3 in egris tm̄mō sit expressum. XXXIX.

In medio vo bis sūt declaratiua egritudinū: quedā ex genere existentia coꝝ que sunt ƒm nām: sed in quantitatibus aut tēporibus permutata: quedā vo ex his que sunt preter nām qdem: sed minora his que in egritudinibus sunt.

¶ Ponit distinctionē hoꝝ signoꝝ satis gn̄alem dicens q̄ʒ in medio sanoꝝ signoꝝ ⁊ egroꝝ sunt signa declaratiua egritudinū mō supradicto: quoꝝ q̄dā sūt de genere coꝝ q̄ sūt ƒm nām p̄mutata tñ a nālib⁹ illi corpi in q̄ inueniunt̄: aut quātitatib⁹ aut q̄litatib⁹ aut tēpore: q̄dā aūt sūt de genere coꝝ q̄ sunt p̄ter nām: s3 tñ minora his p̄ter nām talib⁹ q̄ in actu egris inueniunt̄: inuit ḡ Gal. q̄ʒ signoꝝ future egritudinis quedā sūt ƒm nām merito sui gn̄is: l3 pp coꝝ q̄ntitatē aut q̄litatē aut tp̄s sint p̄ter nām: aut nō ita nālia vt opꝫ p̄ sano. q̄dā aūt sūt p̄ter nām merito gn̄is sui siue ex toto genere. ¶ Et q̄ꝛ nō p̄ua est difficultas videre q̄ signa sint ponēda ex toto genere p̄ter nāʒ ⁊ q̄ nō: iō placet mihi: vt hic introducam⁹ dubitationē q̄ est. Que cōditiones requirant̄ ⁊ sufficiāt ad hoc vt aliqd signū dicat̄ ex toto gn̄e p̄ter naturam. ¶ In qua materia plures modos inuenio dicendi quos narrabo ordine qui mihi melior videbitur. ¶ Prim⁹ ergo modus est quorūdā modernoꝝ ⁊ p̄cipue Jacobi de forliuio: q̄ʒ illud dr̄ signū siue dispō. ex toto genere p̄ter nām qd̄ ita trāscēdat ꝯueniētiā ⁊ p̄portionalitatē ad spēm humanā qd̄ īpoſſe est ip̄m vel dispōnē sibi oīno silem inueniri in corpe humano mere nāliter disposito. ⁊ h̄ siue iste recessus a ꝯueniētia cū spe humana sit merito intēsionis: siue merito ꝯtinuatiōis siue merito remissiōis siue merito formalis ⁊ specifice varietatis. vbi grā. appetitus caninus est ita intensus q̄ʒ īpoſſe est aliquē illi oīno silem inueniri in corpe mere nāliter disposito: ideo dr̄ ex toto genere preter nām nō obstāte q̄ʒ talis appetitus eēt solū ad cibos homini ꝯueniētes: ⁊ hoc erit merito intēsionis: s3 appetitus carbonum ⁊ luti ⁊ siliū est ex toto genere preter naturā tanq̄ʒ in specifica forma permutatus: ad modum loquendi medicorum.

¶ Et si dicat̄ ꝯ. q̄ꝛ ex hoc sequit̄ q̄ʒ appetitus q̄lilibet preternāliter diminut⁹ esset ex toto genere p̄ter nām: cuꝫ īmpossibile sit in aliquo mere nāliter disposito esse appetitū preternaturaliter diminutum.

